a ¶ † Et pro pleniori guſtu illius legis: adde quod no. Abb. in. c. ad audientiamĩ. e. dicens q̃ contra priuatũ habentẽ rẽ cõmunem cum eccleſia romana currit ſolum præſcriptio centenaria. Et dicit Abbĩ. e. c. de quarta. q̃ con tra habentem rem communem cũ eccleſia currit ſolum præſcriptio quadragenaria. & dicit Abb. in. c. fi de iurepa. quòd clericus patronus cum laico facit ius patronatus cenſeri eccleſiaſticum. vbi hoc prodeſt laico: vt in tempore ad preſentandum. iuxta. c. j. de iurepa. in. vj. Sed vbi prodeſſet clerico, quod cenſeretur, laicale cenſebitur. de quo etiam aliquid paulò infrà. Et dicit Abb. in. c. verùm. viij. col. de fo. compe ten. quòd in feudo communi inter prælatum & capitulum: ſi prelatus committit felloniam contra dñm, non perditur feudum, nec econtrà. Et dicit Dy. in. l. ſi is qui duos. ff. de libe. le ga. quòd ſi ſpurius contrahat ſocietatẽ cũ vno capace, quem pater ſpurij inſtituat hęredem: ipſe ſpurius participabit pro rata iure ſocieta tis. per illum tex. vbi liberatio relicta duob⁹ ſo cij, quorum vnus eſt incapax, prodeſt ei pro pter ſocium capacem. tamen vbi de iſta fraude appareret Bar. ibi nõ firmat hoc. de quo etiã ꝑ Bal. in. l. j. q. xiiij. C. pro ſoc. quos alle. Ana. in. c. ij. in prin. de iudæis. Facit ad hæc text. in cle. re ligioſus de ꝓcu. vbi religioſus q̃ nõ pòt eẽ ꝓcu rator ꝓ alio ſine licẽtia: pòt tn̄ eſſe ꝓ habẽte rẽ cõem cũ monaſterio. qđ valde notat ibi Pe. de anch. allegãdo etiã dictã. l. is qui duos. Et dicit Cardi. in. c. coram. de offi. deleg. & ſequitur ibi Imo. xj. col. quòd perpetuata iuriſditione cum vno iudice, videtur etiam perpetuata cum ſuo collega. alleg. d. l. ſi cõem. Et dicit Imo. in. c. fin. iiij. col. de poſtulãdo. quòd ſacerdos pòt poſtu lare pro habente rẽ cõem cũ eccleſia. licet aliàs pro extraneo repellatur. vt ibi. Et dicit Bar. in l. j. §. ſi quis in appellatiõe. ad fi. ff. de app. quòd ſi iudex ſecularis & eccleſiaſticus iudicauerunt in eadem cauſa, appellari debet ad ſuperiorem clerici. Et dicit Barto. in. l. præcipimus. §. pen. C. de appel. q̃ ſi clericus & laicus ſunt ambo rei, debent conueniri coram eccleſiaſtico. Et dicit Bald. in. c. j. iiij. col. qui. mo. feu. amit. quòd ſi vnus ex duobus fratrib⁹ ſimul de feu do inueſtitis neglexerit iuuare dominum, non perdit feudũ, ſi alius frater ſufficienter defen dit dominum. Et ſubdit quòd ſi nobilis & ple beius habent dñm cõmunẽ. & nobilis offendit dominum, non priuabitur feudo quod habet commune cum ple beio innocente. per. d. l. ſi cõmunẽ. & dicit gloſ. j. in. l. ſi. C. de mu ne. & hono. non continuendis. lib. x. q̃ ſi vni ex duobus ſocijs datur vacatio à muneribus, proderit alteri ſocio. propter communionẽ. de quo tamenĩ. & dicit Bal. in. l. ſi emancipati. ij. col. C. de colĺ. q̃ ſi vnus nepos eſt in poteſtate, alter emancipatus, patruus tenetur cõ ferre vtrique. propter illum tex. & dicit idem Bal. in. l. ſi quis ex ar gẽtarijs. §. j. per illũ tex. ff. de edẽ. q̃ ſi vnus teſtis eſt infamis infamia facti, alter multum fidedignus: dictum illius infamis ſuſtentatur ob alterius integritatẽ[a]: quod pulchrè declarat ibi Alexan. & dicit Bal. in. l. Imperator. la. j. in prĩo cõmẽto. v. col. ver. no. etiã. ff. de ſta tu homo. q̃ ſi vnus notarius integræ famæ ſubſcripſit ſe inſtrumẽ to, non nocet fidei inſtrumenti infamia alterius notarij qui ſe ſub ſcripſit. & dicit Pe. de anch. & Ana. in. c. ij. de iudæis q̃ licet iudęus nequeat habere mancipium chriſtianum. vt ibi. Tamen fallit ſi eſt aſcriptus glebæ. facit. c. ex literis. cum concor. de iure pa. & dicit la tè Sali. in authen. hoc locum. iij. co. ver. ſed ſuppoſita. C. ſi mu. ſe. nup. contra Bartol. in. l. Titia. de leg. ij. quòd ſi filius & extraneus ſunt cohæredes: & mater filij eſt relicta maſſaria & vſufructuaria. vt communiter fit: ille extraneus gaudebit fauoribus datis à lege filio. vnde in vtraque portione habebit mater ſolum alimenta. nõ vſumfructũ. niſi ſeparatim eſſet relictũ filio & extraneo. allegat. d. l. ſi cõmunẽ. & dicit Abb. in. c. cũ dilectꝰ. de off. leg. q̃ legatus nõ pòt cõferre beneficiũ clerici patroni habentis cõpatronũ laicũ. per. d. l. ſi communẽ. Dixi in. q. iuriſpatr. vij. col. ver. ampliatur. vj. & dicit Car. in. c. ioãnes. de teſtamen. per illũ tex. quòd ſi clericus vel laicus ſunt executores teſtamenti, debent ambo cõpelli per eccleſiaſticũ. Multa ex prędictis habui ab Andræa ſiculo. in ver. verũ. xvj. col. de for. cõpe. & in. d. c. dilectus. pe. col. & in quodã ſuo conſi. poſito. in ter cõſilia Alex. dciiij. Viſo puncto. vj. col. aliàs eſt in. iiij. vol. cv. Addatis Bar. in. l. ſolent. vlt. col. ver. ſed ponamus. ff. de ali. & ciba. lega. vbi dicit quòd ſi hæredes ſunt clerici & laici, & petãtur ab eis alimẽta, debẽt peti ab oĩb⁹ corã eccleſiaſtico. & iudex laicus coget laicũ ire ad Epm̃, & eius iuriſditionem prorogare: & dicit Abb. in diſputatione Augerio. xxiij. colũ. ver. dicẽtẽ tn̄. quòd licet à ſenten tia rectoris ſtudij debeat appellari ad ſuperiorem laicum, etiã ſi rec tor eſt clericus. quia nõ iudicat vt clericꝰ: tñ ſi fert ſnĩam in cauſa ſcholaris clerici, quia erat reus originariꝰ, debet appellari ad eccle ſiaſticũ: quia ex quo cõcurrit neceſſariò qualitas rectoratꝰ, & quali tas clericatꝰ, ꝑualet dignior. Alleg. Bart. in. d. l. j. de appel. & in. d. l. ꝑcipimus. quẽ etiã alle. Pet. de anch. in. c. romana. xj. col. de appel. in vj. Et dicit Cal. de prębẽ. cõſ. xxij. q̃ ſi Papa reſeruat ſibi bñficia ſpe ctantia ad collationẽ cuiuſcũque. exceptis ſpectãtib⁹ ad collationẽ Epi, in tali reſeruatione nõ includitur ſpectãs ad Epm & capl̃m ſi mul. per. d. l. ſi cõmunẽ. & per alia: quod no. & dicit Bar. in. l. ſi. ver. ſed corã quib⁹. ff. de colle. illi. q̃ ſi in vna vniuerſitate ſunt tot cleri ci, ſicut laici, cõueniẽtur corã eccleſiaſtico. ſecus ſi ſunt plures laici. Nec iſtud repugnat ei qđ̃ dicit̃ de clerico mixto iter reos: quia ibi cõueniunt vt ſinguli. & vniuerſitas capit nomẽ à numero maiori. vt per Floria. in. l. repetundarũ. §. Hermaphroditus. ff. de teſti. & Io.

b de ligna. ĩ. c. ex literis[b]. de conſti. & dixit do. Anto. de pra. veteri ver bũ ſtupendũ. in. l. j. in fi. ff. quæ ſen. fine app. reſcin. quòd ſi plures ſi mul ſunt inquiſiti à iudice ſeculari, quorũ vn⁹ eſt clericꝰ, & ipſe pe tat ſe remitti ad eccl̃aſticũ. iuxta. c. ſi iudex. de ſen. excõi. in. vj. oẽs lai ci debẽt ſecum remitti ad eccl̃i aſticũ. per. d. l. ſi cõem. ne cõtinentia cauſę diuidaf. l. nulli. C. de iudi. & ne ſequaf abſurdũ, ſi ĩ eadẽ cauſa varię ſentẽtię ferrenf. & fortè contrarię: qđ dictũ, maximis p̃conijs ponit ĩ cœlũ. d. Maria. ĩ. c. ij. iiij. colũ. ver. viij. fallit. de mutu. peti. & corroborat eũ quibuſdã ex dictis p̃alleg. poſt And. ſicu. & ex text. aureo ĩ. c. p tuas. de arb. vbi qualitas duorũ laicorũ p ſe ĩhabiliũ habilitaf ꝓpter adiunctionẽ vn⁹ clerici: & vltimate adeo guſtat Ma ria. hoc dictũ, q̃ ex ipſo putat poſſe iferri, q̃ ſi iter plures inter quos agẽdũ eẽt duplicib⁹ iudicijs, de qb⁹ ĩ. c. ex literis. de ꝓba. eẽt aliqs cle ric⁹: vel iter plures tutores ſeu curatores eiuſdẽ tutelę & curę eẽt ali qs clericꝰ: tã cõtra laicos quàm contra clericos eſſet adeũd⁹ eccl̃ia ſtic⁹: & idẽ ĩ ſimilib⁹, ſcđm eũ dicẽtẽ hoc eſſe ĩportãtiſsimum, & ab alio nõ tactũ. Et nõ credo q̃ fortè ſit ne ceſſariũ q̃ laici coganf ꝓ gare iuriſdictionẽ iudicis eccl̃iaſtici. put voluit Bar. ĩ. d. l. ſolẽt. quia ꝑ prædicta ſortiũtur forũ ĩ ꝑſona clerici. ¶ Cõſidera tn̄ q̃ ſi ſecula ris iudex

ris iudex videns laicos non plenè fuiſſe punitos ab eccle ſiaſtico non valẽte pœnã ſanguinis illis condignã impo nere, vellet inchoare contra eos nouum proceſſum omiſ ſo clerico. Nam fortè poteſt: de delicto eñ vnius poteſt ab alio iudice inquiri, qñ primus iudex non plenè puni uit. ſecũdũ doctores in. c. de his. de accu. cum concor. Et idem ſentit Maria. in. c. ij. dum dicit q̃ ſi laicus eccleſiaſti cus non pòt imponere pœnam cõdignam, remittat lai cos ad ſeculare. Traherẽt iſta ſecum alia penè infinita. dif currẽdo allegata in regula vtile. lib. vj. in. c. q̃ in dubijs. de conſe. eccle. vel alta. in. c. ſacris. de ſepul. & ea q̃ ſequũf. præſertim per Ludoui. in. l. ij. in prin. ff. de ver. ob. vbi la tiſsimo campo ampliat materiã mixturę inueſtigãdo cui attribuaf materia mixta ex pluribus ſimplicibus. Sunt au tem prædicta ſolũ ad dicta. l. ſi cõmunem. per hæc vtili ter dotatam. Super quibus nota duo. ¶ Primò. q̃ non ha bent locum in materia diuidua. Ang. in. d. l. ſi cõmunẽ. Lu do. conſi. cxcv. Pro quo vide Spe. de cle. coniu. ver. quid ſi clericus. vbi latè firmat q̃ ſi clericus coniugatus viuit in communione cum fratribus: licet ipſe non teneatur ad onerat in patrimonialibus. tamen fratres tenentur. quia materia recipit diuiſionem. & quia prætextu priuile gij clericalis non debet vacillare publica vtilitas. vt latiꝰ per eum. Ex quo dubito de gl. prælallegata. in. d. l. fina. C. de mu. & ho. non cotinuã. niſi dicas illã glo. loqui in priui legio reali. dato vni ex ſocijs. quo cæteri gaudẽt. ſed Spe. intelligatur in priuilegio perſonali. Cogita. ¶ Not. ſecun dò q̃ vbi actus attribuitur vni tertio: non autem perſo nis mixtis: tunc qualitas alicuius ex mixtis non habet a liud mixtum ad ſe trahere, ſed inſpicitur qualitas expediẽ tis actum. & hinc eſt q̃ ſi clericus & laicus volunt petere reductionem ad arbitrium boni viri. petent eam coram ſuperiore arbitratoris. & ſi eſt laicus, petent coram laico: quia non agitur de reformãdo actũ clerici. ſed arbitrato ris. & ſi arbitrator eſt clericus, petetur coram clerico. vt latiſsimè diſputauit Pe. de anch. in diſputatiõe. C. laicus. B. clericum. niſi fuiſſet compromiſſum ſuper materia ec cleſiſtica. per. c. expoſita. & c. puenit. de arbi. vt etiã per Pe. de anc. in regula ea q̃. lix. col. ver. iuxta prędicta. li. vj. & Lud. cõſ. cclxv. & Ab. poſt But. in. c. quintauallis. xxxv. col. ver. ſed dubitatur. de iureiur. & iſta nota: vt ſcias re ſpondere de iure per ſpeciales deciſiones: non per gene rales regulas more pauperũ doctorũ. ¶ † Dũ dicit Ab. q̃ excõicato non currit præſcriptio. limitat Bald. hìc. niſi excõicatio fuiſſet iuxta, vel ſi iniuſta: fuiſſet in mora petẽ di abſolutionẽ. quia qui facit vt nõ poſſit agere, videtur poſſe agere. alleg. l. ſed & ſi. §. ij. ff. ex qui. cau. ma. Adde tex. in. c. fi. ſ. de ele. vbi paria ſunt quẽ nõ eſſe impeditum, vel eſſe, & poſſe impedimento reſiſtere. Vnde dicit gloſ. in. c. quia diuerſitatẽ. in verbo ſuſpenſionis. de cõceſ. præ ben. q̃ ſi ille fuit negligens in petẽda relaxatione, tempus cucurriſſet ei. & allegat bona iura. Ideo dixit Innĩ. eo. c. ex tranſmiſſa: quòd nõ ſufficit allegare impedimẽtum, niſi doceatur de diligentia adhibita, vt impedimentum vel non eueniret, vel non obſtaret. Facit. l. ij. §. & quod dixi mus. ff. ſi quis cau. Facit etiam. c. vnicum. ne ſed. va. in. vj. vbi tps ſuſpenſionis tranſfert ius in alium. Ad idẽ quod not. Abb. ti. p̃ce. in. c. cũ inter. vj. col. dicens actiones tpe pereũtes perire excõicato, qui in petẽda abſolutione fuit in mora. Plura alia dixit in. d. c. ex tranſmiſſa. Sed dũ Ab. dicit (vt retuli) præſcriptionem currere contra excom municatum iuſtè, etiam ſi non fuit in mora. fortè hoc eſt dubium. per. d. c. quia diuerſitatem. vbi ſuſpenſo etiam iuſtè non currit tempus. Nec dicas culpam ſuam non de bere ei prodeſſe: quia illud toleratur, quando culpa non fuit ordinata. ad hoc. Bar. in. l. ij. §. fi. ff. ſi quis cau. gl. in. c. ſtatutum. §. cum verò. in ver. non audens. ibi vel relega tus. de reſcrip. in. vj. Dixi in tit. præce. c. cum inter. & ad illud de prelato excommunicato. adde gl. & balĺ. c. proxi.

8 ¶ † Cum ſolenniter concludit Abb. eccleſiam reſtitui in integrum aduerſus præſcriptionẽ petitam intra quadriẽ nium. adde Abb. primo vol. conſi. xxxiij. quidam iam de functus. vbi ponit eadem ad literã. & idem ipſe tenet in cle. vnica. de reſti. in integ. & in. c. auditis. iij. col. ſ. eo. tit. alia ratione. quia ſatis alienat qui præſcriptionẽ patitur. l. alienationis. ff. de verb. ſig. ſed aduerſus veram alienatio nẽ reſtituitur eccleſia læſa. fortius aduerſus præſumptã. Idem Butr. ibi. vij. col. extenſis rationibus Pau. in. d. cle. j. ſubdens nunquàm vidiſſe hoc in practica. & ſequendum eſſe ſtylum curiæ. Idẽ Do. ibi. pe. col. omiſſo hoc vltimo verbo. Idem Imo. in. d. cle. j. iij. col. referẽs quandam apoſtillam Io. an. ibi contra glo. ibi. Et idẽ Imo. in. c. fi. xlvj. co lum. ĵ. e. Et Car. in. d. cle. j. viij. col. ver. ix. querò. Et Lud. conſi. cxx. iij. circa primum dubium. & conſi. clxvj. viſo diligenter. ad fi. & conſi. ccccvij. cum preſupponatur. & ibidem dicit de hoſpitali. Hanc partem firmat etiam latè Nicol. milus in repertorio. in verbo eccleſia. §. xiiij. quem vide. & glo. Barto. & Pau. de caſt. in authẽ. quas actiones C. de ſac. ſan. eccle. Et Ang. in authẽ. vt eccleſia romana. ad fi. dicens etiam idem in eccleſia romana. Facit quod in ſimili no. Io. an. in Spe. ſuper rub. eo. tit. j. colũ. dicens q̃ licet ſi dubiũ an contra prodigum currat præſcriptio: tamen poſito quod currat, daref reſtitutio: quod ꝑ notabili ad prædicta not. Abb. in. c. cũ nõ liceat. vij. colĺ. eo. Et ita eſt tenendum: quãuis Imo. in. d. c. auditis. vj. col. cre dat q̃ in practica iſta non tranſiret. tum propter authori tatem glo. videlicet ibi. & in. d. cle. j. tum per id quod pro nunciauit Clemẽs Papa. vt in Spe. de reſti. in inte. §. ij. ver. hoc autem. & cum dictis glo. videtur tranſire Bald. in. d. authẽ. quas actiones. ver. vj. querit. & ibi firmat Sali. in iij. colũ. poſt Inn. & Hoſti. in. d. c. auditis. ¶ Pro quibus dicit videri caſum in corpore vnde illa authẽ. ſumitur. in verbo trãſacto hoc tẽporis ſpatio. tam perſonales quàm hypothecariæ actiones perpetuò cõquieſcunt. Sed per petuò non cõquieſcerent. ſi reſtitutio daref. ergo &c. Rñ deri pòt q̃ tũc conquieſcẽt. quando elapſum erit dictum quadriennium inductum beneficio legis canonicæ. quæ in concernentibus eccleſiam prædominatur legi impe riali. vt latè dixi. de conſti. c. eccleſia. in. j. q. & dum Abb. in iſta. q. allegat Bartol. in. l. j. de itin. actu q̃ priua. q̃ quili bet paſſus præſcriptionem reſtitui poteſt[a] ex capite igno rantiæ. ¶ Limita. vij. modis quos reduxiĵ. eo. vigilan ti. † Ad illud tempus quadriennij eſt vtile à princi pio id eſt, non incipiens à die læſionis. ſed à die ſcitæ læſionis. Adde Abb. d. conſil. xxxiij. & in. c. tum ex lite ris. vj. colum. de reſti. in integ. licet aliud dicat Pau. in d. authẽ. quas actiones. quaſi in fine. Adde etiam Bald. in. l. falſam. C. ſi ex fal. inſtru. vbi dicit q̃ dictum qua driennium eſt à principio vtile. vt etiam per Bart. in. l. fi. C. de tempo. in integ. reſti. pe. Per que loca firmat Alex. opi. Abb. hìc. licet eum non alleget. conſil. clxvj. incip. extat inſtrumentum. antepe. col. ver. nec ob. ſi diceretur. de quo q̃ eundẽ. cõſi. mihi. ccxxx. Viſo puncto. iij. col. Et idem Cardi. in cle. j. q. xxv. de reſti. in integ. Et adde. q̃ ſicut ignorantia operatur q̃ dictũ quadrienniũ nõ nocet. ita læſio enormiſſima. gl. fi. in. d. c. j. de reſti. in integ. in. vj. quã extollit Abb. in. c. j. ij. no. de reſti. in integ. & Lu. d. cõ ſi. xxxiij. & cõſi. ccccvij. i fi. & But. ĩ. d. c. tum ex literis. vij. co. & Imo. in. d. cle. j. ſuper gl. in verbo finiri. & But. Imo. & Abb. in. c. pe. de re. eccl. nõ ali. Pro tãto Lud. cõſi. ccccl xix. circa primũ ꝓpoſitæ cõſultationis. arti. in fi. vij. col. elegãter conſuluit eccleſiã poſſe petere reſtitutionẽ in in tegrũ: aduerſus laudum enormiter eã lædẽs. etiam ſi fuit emologatũ. & etiam elapſo quadriennio. & etiam ſi præ deceſſo prælati iurauerat in compromiſſo. vt per gl. ma iorem. in. d. c. j. Ad quod vltimum vide etiam Abb. in. c. ſi diligenti. ij. col. de for. compe. & omnino eundẽ in. c. di lecti. primo no. eo. tit. & in. c. cũ veniſſent. iij. col. de inſti.

¶ Reſtitui pòt. Adde Io. de por. ĩ l. filiꝰ. §. in hac. de ver. ob. & Frã. de capoliſte in. l. j. in vij. reg. C. qui ad mit. & Io. de pra. in. l. q ꝓcuratorẽ. §. ſi qs miſerit. de ꝓcu. & Ang. ĩ. l. ĩ hęredẽ. ff. de calũ. & Spe. ĩ tit. de præ ſcri. ver. ſed pone. & Bar. cep. de fer ui. vr. ꝑd. cxxiiij. qñ aũt ſcipiat cõ petere ĩ ĩteg. reſti tutio: an tpe lęſio nis cõpleꝛ etiã ſi excedat quadriẽ niũ. exemplũ po ne ſi cõtra mino rẽ. xxv. ann. vltio ãno ſcipiat curre re præſcriptio. xxx. vel xl. an. an finitis. lv. vel. lxv. an. poſſit petere reſtõ nẽ in integ. ad illũ annum. Item po ne q̃ incepta eſt præſcriptio. xxx. an. me abſente p annũ, poſtea re uertor, & ſto præ ſens. xxix. an. an finita ꝑſcrip pote ro petere reſtõnẽ ad illũ annũ q̃ cu currit in abſtia mea Bar. pòt latè ĩ. l. ab hoſtibus. §. ſed q̃ ſimplr. ĩ. vij. col. poſt prĩ ff. ex q. cau. maio. & ibi circa hoc ſecũdũ exẽplũ facit ſuã di. Circa primum verò exẽplũ de mĩore. fẽtit q̃ aut fuit ĩ ei⁹ ptãte neſi niref lęſio cepta. puta qa poterat agere &c. tũc poſt quadriẽniũ nõ re ſtituẽf. ibi etiam ponit. qđ ſi fuerunt plures abſen tię, & vna vel plu res pñtię. de quo p eũ ibi. & latiꝰ in. l. necnõ. ĝ. ſi qs ſæ pius. ff. e. tit. & an tẽpus reſtitutiõis petendæ currat ignoranti? videf q̃ nõ. qa nõ videf habere expiendi ptãtem quod eui cit. l. annus. ff. de cal. ſiſe dicinꝰ in capto ab hoſtibꝰ. qui ſi ſtaret p. xl. ann. q̃ nõ poſſet reuerti, nõ curret tempus reſtitutio nis petendę. con trariũ. videf verũ primo caſu qa tẽ pus reſtõnis pe-

tendæ eſt continuum. l. ſuperuacuam. C. de tẽ. in integ. reſtit. quod currit etiam ignoranti. vt per gloſ. in ru. ff. de diuer. & tẽp. præſcrip. & alia ratione in hoc, quàm in caſu capti ab hoſtibus quia illi non poteſt imputari negligentia nõ petẽ di. ſed in caſu pr̃emiſſo poteſt imputari negligentia non perquirẽti intãtũ tps̃ de iu ribus ſuis. & ad l. annus. ff. de ꝓ ibi loquitur de anno vtili. ſecus in prædicto tempore cõtinuo. in quo talis potentia nõ attenditur. maximè in negligẽtia longiſsimi temporis.

& Pau. conſi. cxxxiij. viſo inſtrumento. ad fi. & Abb. in. d. c. j. pe. colũ. de reſti. in integ. & Bald. in. c. j. §. ſacramenta. de pac. iura. fir. & in. l. generaliter. in prin. C. de re credi.
¶ † Dic etiam quòd viuente prælato qui malè alienauit non currit dictum quadriennium. Abb. ſicu. ſingulariter in. d. c. j. §. de reſti. in integ. & Abb. in. c. pe. circa medium. de reb. eccle. non alie. Lud. d. conſi. ccccvij. per. c. ſi ſacerdotes. xvj. q. iij. gloſ. c. proxi. in verbo. futuris. De quo facit ibi Bal. feſtum. dicens ꝙ donec eccleſia eſt ſub tali prælato, cenſetur iure minoris. cõtra quem dictum quadriennium non currit. l. ſuperuacuã. C. de temp. in integ. reſtit. pe. hoc etiam firmat Cardi. in. c. tum ex literis. de reſti. in integ. & ibi Imo. poſt Innoc. in. iiij. colum. & Card. in. d. cle. vnica. q. xxvj. reſpondens ad illum tex. dum dicit quadriennium currere à tempore læſionis. quia debet intelligi præterquã in caſu dicti. c. ſi ſacerdotes. Cum iſtis concordat Bartol. in. l. qui fundum. §. ſi tutor. ff. pro empt. per illum tex. & glo. hîc. & intelligit hoc quo ad rem iſtã quã prælatus malè alienauit. Cum iſtis etiam concordat Bald. in. l. j. poſt prin. C. de bonis mat. dicens etiam per illum tex. quòd donec viuit pater, qui de facto alenauit, nõ currit filio præſcriptio. no. etiam Bald. in authen. niſi. poſt prin. C. eo. ti. quia cum filius viuẽte patre non poſſit agere, non currit præſcriptio: & ideo dicit Imo. poſt Card. in. c. quòd quibuſdam. xiiij. colum. ver. à quo autẽ tempore. de fideiuſ. ꝙ tempus petendæ reſtitutionis in integ. aduerſus cõfeſsionem prælati nõ currit eo viuente.
† Scias etiam dictum quadriennium nõ currere ei qui nõ potuit iudicem adire. Lud. conſi. lviij. in fi. neq; viuente illo cuius timore eccleſia non audebat petere reſti. in integ. aduerſus eius ſententiam. Abb. in. d. c. tum ex literis. iiij. colum. ver. ad primum. & generaliter non currit impedito facto iudicis, vel aduerſarij. vt per eundem ibi: in. v. col. ver. ex hoc no. & Car. in. d. cle. j. q. xxv. de reſti. in integ. quę omnia bene no.
¶ † Cæterũ quando lapſum eſſet quadriennium, & nõ cõpeteret eccleſię aliqd ex remedijs prædictis, põt adhuc eccleſia agere contra prælatum ad dandum quod eſt cõſecuta per lapſum temporis ſua negligentia decurſi. glo. in. c. placuit. lo. ij. in verbo ptineat. in fi. xvj. q. iij. de qua facit feſtum Abb. in. c. ſi de terra. de priuile. & in. c. j. iiij. col. ver. no. bene. de do. & cõtu. & in. c. conſtitutus. de reli. do. & cõſi. lxxxiij. incip. quã quã. in his dubijs. in fi. in. j. volu. & in. c. auditis. vlt. colũ. j. eo. & in. c. ij. de dona. & in. d. c. j. iiij. col. ver. ſed tu adde. de reſti. in integ. ſubdens ꝙ eccleſia põt agere etiam contra hęredes prælati. Et cũ. d. l. concordat Archi. in. c. quicunq; xij. q. iiij. Bene fácit glo. in. c. fi. xvj. q. vj. dicens ꝙ ſi prælatus præiudicauit eccleſiæ in acquirendis, agat eccleſia contra eum: prout de tutore habẽt in. l. fi. C. arbi. tutel. & dicit Abb. in. d. c. ſi de terra. ꝙ ſi plat⁹ acquirere potuit eccleſiæ: & non acquiſiuit. vt qa repudiauit hæreditatem, vel legatum. tenẽt de ſuo conſeruare eccleſiã. adde Abb. in. c. tua. in fi. de his quę fi. a præla. vbi alleg. text. & glo. in. d. c. quicunq;.
¶ Fortius dicit gl. in. d. c. quicũq; in verbo neglectum. † quòd etiam contra prælatum, qui neglexit acquirere pro eccleſia cũ poſſet: põt eccleſia agere ad intereſſe lucri ceſſantis. per. l. quicquid. C. arbi. tute. & idem ſentit gl. fi. in. c. placuit. vij. q. j. Tamen reperio ꝙ prælatus excuſatur ſi præponit vtilitatem ſuã vtilitati eccleſiæ qñ agitur de lucro captãdo: ſecus ſi de damno euitando. Ita ſentit glo. j. in fi. in. c. ſcias frater. vij. q. j. cũ quatrãſit ibi Archi. Et videtur honeſtum quòd ſi de propria pecunia prælatus acquiſiuit pro ſe & hæredibus, cũ poſſet emere nomine eccleſiæ, quod non teneatur. ar. c. precarię. x. q. ij. prædictas autem gloſſ. puta rem procedere. quando neglexit pro eccleſia acquirere quæ obueniebãt eccleſiæ per viam legati, vel oblationum, aut alio modo. Cogita. qa nõ reperi iſta tacta alicubi. & adde quòd quando læſio quotidie originat. vt eſt ī cauſa matrimoniali. in qua etiã poſt ſnïam ſi erronea fuit, quotidie infertur præiudiciũ animabus, põt peti reſti. in integ. etiã poſt quadriẽnium. But. in. c. ex parte. vij. col. ver. ad vtrã ꝙ opi. de reſti. ſpo. Ex quo videret quòd eccleſia læſa negligẽtia prælati cõtra quem lapſum eſt quadriennium poſſit petere reſti. in integ. etiam poſt quadriennium. & faciunt quę dixi in. c. accedens. lo. ij. viij. col. vt lite non conte. Additis multis vltra Phi. in. c. ex parte. lo. vlti. de appel. probãdo quòd à gravamine quotidie lędente ſemper appellari poteſt. & ita in propoſito reperio alibi firmatum à quodam doctore non nullius nominis. quem propter eius honorem taceo. quoniam hoc dictum puerile eſt.
¶ Sequeretur enim quòd nũ quam lapſus quadienij operaretur repulſionẽ prælati à petitione reſtitutionis in integ. & eſſet poſita vento diſpoſitio. d. c. j. de reſti. in integ. in. vj. neq; vllo mõ obſtãt illa dicta de grauamine quotidiano. quia loquuntur in grauamine, cui ius non aſſiſtit. & cui grauatus nõ acquieſcit hodie neq; præterita acquieſcentia operatur in grauamine hodierno. Sed hoc grauamen inductũ ex lapſu quadriennij non eſt contra ius. imò ad ſui robur habet iuris authoritatem. ſicut habet tranſitus in rem iudi. poſtquam non alle. grauamẽ. & præſcriptio legalis infert hanc pœnam negligenti. qui cõmittens labi tps̃, tacitè ſubijcit ſe effectui illi⁹ tẽporis. ſicut etiã ſi ille qui quotidie grauatur acquieuiſſet ſnïæ pronuntianti eũ non grauari, nõ audiret amplius: vt dixi in. d. c. accedens. ver. iij. declaratio. Nec ob. dictũ But. in. d. c. ex parte qa loquit in cã matrimoniali. & ſiſi. vbi nõ interuenit firmitas rei iu. meritò actus quotidie generat nouum peccatum, cui nullus cõſenſus patris potuit efficaciam cõferre. Tene mẽti iſta vt nouiſſima. & dũ pulchrè firmat hîc Ab. ꝙ tps̃ petendę reſti. in inte. non currit ante nouam læſionẽ. Vide etiã Car. in cle. j. xxv. q. de reſti. in integ. & clarè Bal. in. l. pe. circa mediũ. C. ſi ex fal. inſtr. quòd reputat Alex. ſolenne conſi. ccccxxxiij. In cauſa & lite vertente inter romeũ. ij. colum. Felinus.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Execratio litiũ eſt tanta, quod propter eam quis poteſt dimittere ius ſuum indiſcuſſum.*
2 *Scãdalum eſt maximè euitandum. & ideo ponũtur viginti tria ſpecialia ad euitandum ſcandalum. Quæ vide hic per ordinem. incipiendo. nu. 2.*
3 *Oratio habita per Abbatem ſiculum coram Federico tertio imperatore.*
4 *Præſcriptio, an currat in legatis, vel aliis debitis pauperibus?*
5 *Denũtiatio extraiudicialis, an & quãdo inducat malã fidem?*
6 *Denuntiatio extraiudicialis, an debeat continere cauſam?*

¶ CAP. II.

1 NIhil. In rebus inuaſis non currit preſcriptio. h. d. ¶ Dum dicit Ab. † ꝙ propter execrationẽ litium quis poteſt dimittere ius ſuum indiſcuſſum. Adde text. in. l. Item ſi res. §. fi. ff. de al. iu. mutan. cau. fa. ibi non eſt vituperanda. verecũda eius cogitatio, qui potius vultre carere quàm ob eam ſępius litigare. Ex quo infert Bar. in. l. ab eo. C. quomodo & quando iu. in fi. Et Ab. ti. ſequenti. in. c. quod ad conſultationem. iiij. col. quòd ex ſententia non oritur obligatio naturalis. potuit enĩ victus nõ appellare. execrans lites. & dicit Ab. in. c. ſi quis cõtra. xvj. col. de for. comp. quòd cõmiſſio facta à iudice recuſato nõ habet vim tacitę pronũtiationis ſuper recuſatione. fortè enim execrabatur litigium. & dicit Inno. in. c. accedentib⁹ prope principiũ. de priui. ꝙ ſolutio decimarũ etiã cũ conſenſu cõuentus facta per monachum exẽptum nõ nocet ex emptioni decimarũ. quia preſumitur ſoluiſſe ob litiũ execrationẽ. Bonus tex. cũ gl. in. c. ij. in ver. laudabile. de ver. ſig. ī. vj. Tñ in plato, ad quẽ nõ ſpectat diſſipare bõa eccl̃ę talis execratio nõ eſt laudabilis. niſi vbi eẽt ſpes obtinendi poſtea ſine lite. vel vbi timeretur de ſcandalo horrendo. vt hîc per

vt hîc per Abb. Tu verò collige ſuccinctè. xxxiij. ſpecialia inducta ad euitandũ ſcandalũ contra regulas iuris.
a quę pro maiori parte aliàs hîc recitaui. ſubiunctis demũ remiſſionibus magiſtralibus.
2 ¶ † Primò. ꝑpter ſcãdalũ non eligit clericus orientalis in eccleſia occidentali. c. cũ olim. de cleri. coniu.
¶ Secundò. ordinarius nõ prouidet expectanti apoſtolico propter ſcãdalum. c. cùm teneamur. de præben.
¶ Tertiò. ſolum ſcandalũ ſine culpa facit quẽ haberi prò irregulari. glo. ij. in. c. ex literis. de homici.
¶ Quartò. ꝑpter ſcandalum clericus non adminiſtrat in beneficio, quãuis idoneus: puta leproſus. c. tua. de cleri. egro.
¶ Quintò. propter ſcandalũ euitandum toleratur clericus priuandus. Inn. in. c. j. de cle. cõiug.
3 ¶ † Sextò. propter ſcandalum ſpoliatus non reſtituit̃ ante omnia. gl. in. c. in primis. ij. q. j. &. iij. q. j. in ſum. & in. c. ad petitionẽ. in ver. reſtituẽdus. de acc.
¶ Septimò. pœna legis ſi quis in tantam. C. vnde vi. omittitur propter ſcandalũ glo. iiij. in. c. lator. ij. q. vij.
¶ Octauò, propter euitandum populi ſcandalum punitur non puniendus. Bald. in. l. j. ff. de offi. eius cui. man. eſt iuriſdi. per. l. pen. ff. de ſica. Obſt. l. decurionũ. C. de pœnis. vbi vanæ voces populi non audiuntur in pœnis imponendis. Ideo Bart. in. d. l. pe. dicit ꝙ nunquã punitur innocens propter tumultum populi. ſed bene acceleratur pœna. ante cuius impoſitionẽ debet aliàs ſcribi ſuperiori.
¶ Nono. ſi totus populus eſt hęreticus, inquiſitor non procedat. ſed ſcribat Papæ. Ioan. and. in. c. inquiſitionis. de hæreticis in. vj.
¶ Decimò † propter ſcandalum Epiſcopus in ſuos priuatur dato equali cambio. Inno. in. c. niſi cum pridẽ. de renũ. Archi. in. c. ſuggeſtum. vij. q. j. Abb. in. c. j. de elec. Dixi. in. c. quæ in eccleſiarum. circa. xxvij. col. ver. per iſtam declarationem. de conſti. & pulchrè Lud. conſi. cccxxxij. vlti. colum. cum cõcor. ab eo alleg. vbi dicit ꝙ prohibitio concilij conſtantiẽſis de non tranſferendis Epiſcopis inuitis. intelligitur, niſi ſubſit iuſta & apparens cauſa: & putat ipſe iuſtam quando fit pro bono pacis: & ad euitandum ſcandalum.
¶ Vndecimò. propter ſcandalum prohibetur Epiſcopus diſpẽſare cum clerico deficiente in purgatione. Hoſti. in. c. inſinuatum. de ſimo. & ibi. Ana. in fi. contra Abb.
¶ Duodecimò. propter ſcandalum prohibẽtur contrahere matrimonium illi inter quos nullum eſt impedimentũ. c. ſuper eo. de cogna. ſpirituali.
¶ Decimotertiò. propter ſcãdalum prohibetur eligi qui in nullo deliquit. Abb. in. c. cõfideraui mus. in fi. de elec. per illum tex. cum gl.
¶ Decimoquartò, propter ſcandalum Papa mouetur ad diſpenſandum ſuper matrimonio non legitimè contracto. Ludo. cõſil. cccvij. per. c. quia circa. de cõſangui. & affi.
¶ Decimoquintò. propter ſcandalum poteſt inferior à Papa apponere manum ad cauſam deuolutam ad Papã. Abb. poſt Hoſti. in. c. conſtitutis. vlti. col. de appel.
¶ Decimoſextò. propter ſcandalum tolerantur inutiles. c. quiſquis. xxiiij. q. j. vbi propter piſces malos non rumpuntur retia.
¶ Decimoſeptimò. propter ſcandalum debet peti abſolutio à voto. etiã ſi re vera nõ obliget. Abb. in. c. magnæ. in fi. ibi. vnde ſatis. de voto.
¶ Decimooctauò. propter ſcandalum imminens inter aliquas familias præcipere debet Epiſcopus ne inter ſe contrahant matrimonium. Abba. in. c. cum in tua. de ſponſa. per tex. ibi: quem dicit ſingularem.
¶ Decimononò. licet tacens in actu oneroſo præſumatur conſentire quando eſt præſens, vt dicat animum ſuum. Inn. in. c. veſtra. de loca. cum concordã. à me collectis in. c. cùm omnes. de conſti. tamen fallit. vbi tacuit timore ſcandali. Ludo. in. l. quæ dotis. xxxix. colum. ff. ſoluto. matrimo. per tex. hîc.
¶ Vigeſimò. propter ſcãdalũ concedit Papa ſacerdotibus id quod aliàs non cõpetit eis: puta chriſmandi poteſtatem. gl. in. c. peruenit. xcij. diſtinctio.
¶ Vigeſimoprimo. nõ eſt licitum tranſire. ad religionem ſtrictiorem, qñ alia ſcãdalizatur. Inn. in. c. licet. in glo. iij. de reg. & ibi omnes. licet Abb. dubitet. tamẽ firmat. & ſumma piſana. in ver. religio. v.
¶ Vigeſimoſecundò. quãuis licitè tibi auferam rem meam à te occupata tam, quando per iudicẽ nõ ſpero eam conſequi. Inn. in. c. olim. lo. j. de reſti. ſpolia. Dixi in. c. j. xj. col. de iudi. tamen fallit. quando immineret ſcandalum ſecundùm eũ.
¶ Vigeſimo tertiò. ſi Papa notoriè ſcandalizat mundum, poteſt deponi. gl. trita. in. c. ſi Papa. xl. diſtin. quam tamen latiſsimè impugnat Petr. de monte. in tractatu de Papa.
a ¶ Vigeſimoquartò. ſi duo contendunt de Papatu, & ex hoc oritur ſcandalum, poteſt vterq; deponi. Bald. in. c. olim. ad fi. de reſcrip. alleg. Hugo. in. c. duo. lxxxix. diſt.
¶ Vigeſimoquintò. ſi populus non poteſt prę uenire percuſſorem cardinalis. iuxta formam. c. fœlicis. de pœnis. in. vj. niſi cum ſcandalo, nõ incurrit pœnam de qua ibi: in fi. ſi eum nõ punit. Io. and. poſt Archi. ibi. viij. col.
¶ Vigeſimoſextò. non debet Epiſcopus mutare vetuſtam cõſuetudinem quãuis inualidam, ex qua princeps diu cõtulit beneficia à ſe fundata, quando ex hoc dubitat de ſcandalo. ſed debet reſcribere Papæ, qui conſuetudinem eradicet, vel cõfirmet. Card. conſi. lviij. propoſita
b queſtio. in fi.
¶ Vigeſimoſeptimo. qñ Epiſcopus vocatur ab Archiepiſcopo & Rege ſimul: debet prius parere Archiepiſcopo. Inn. & Hoſt. in. c. cum parati. de appella. Tamen ſi dubitatur de ſcandalo, debet prius parere Regi. Domi. poſt Vgo. in. c. ſi Epiſcopus. vlti. col. xviij. diſt. ita intelligens illum tex.
¶ Vigeſimooctauò. propter ſcandalum remittitur pœna. puta ſi peccauit multitudo. gloſ. in ver. remittendo. c. j. lv. diſt. nõ tamen pœna eterna. c. multi. ij. quæſtio. j. Dixi latè in. c. dilecti. in. ij. col. §. tit. proxi. & dicit Thomas. ij. ij. q. cviij. arti. j. in fi. ꝙ princeps non punitur, vbi timetur de ſcãdalo. alleg. gl. ſuper illud Matthei. xiij.
b vbi dicitur. Sinite creſcere vrticas ne fortè eradicetis & triticum. ex hoc gl. infert ꝙ multitudo nõ excõicatur, nec princeps, niſi peccatũ eius eſſet maius quàm foret ſcandalum.
¶ Vigeſimononò. licet factum parte nõ citata poſsit reuocari alia non citata Innocen. in capitu. querelam. de electio. cum ſequacibus. dequibus aliàs. tamen fallit. vbi in primo actu fuit omiſſa citatio propter ſcandalum. Ioan. andrę. in Specula. de ſen. prola. §. ſpecies. addi. incip. habeo de præcepto. quẽ extollit Alex. in l. ſi pacto. C. de pac.
¶ Trigeſimò. propter ſcandalum imminens poteſt ſuperſederi executioni pręcepti apoſtolici, quamuis pœnalis. Car. cõſi. xcviij. Papa vniuit. & in. c. ſiqñ. de reſcrip. & ibi latè hoc ornaui. in ver. ſuperſederi.
¶ Trigeſimoprimo. ratione ſolius ſcandali põt formari inquiſitio abſq; alia fama. Maria. latè. in. c. qualiter. lo. ij. q. ix. art. xv. de accu.
¶ Trigeſimoſecũdo. propter ſcandalum recedi poteſt à forma data à ſuperiore. Dixi in. c. cũ dilecta. xxxiij. col. ver. limitat. vij. de reſcri.
¶ Trigeſimotertiò & vlt. Licet lex iniuſta non obliget in foro cõſcięntię, quia non videtur eſſe lex q̃ iuſta nõ fuerit. ſecundùm Augu. in lib. de lib. arbi. & tex. in. c. erit autẽ. iiij. diſ. tamẽ obligat aliqñ fortè propter vitandum ſcandalũ. ꝑpter qđ etiã homo iuri ſuo debet cædere: ſecũdũ illud Matthei.
c v. c qui angariauerit te mille paſſus. vade cũ eo alia duo. Et qui abſtulerit tibi tunicam, da ei & pallium. Ita dicit Thom̃. in prima ſecundę. q. xcvj. arti. iiij. dũmõ ſit lex iniuſta per cõtrarietatem ad bonum humanũ. ſed ad bonũ diuinũ nullo modo eſt ſeruãda. ſecũdũ eũ. Cuius dictum intellige. qñ ex reſiſtentia q̃ fieret legi iniuſtę, reſultaret maius ſcãdalũ, & maius malũ. vt dicit gl. Nic. in. d. c. Matthei. v. dat exẽplũ in eccleſia quę non repetit decimas in terris in quibus nõ cõſueuerũt dari. propter ſcandalum euitandum. vnde præelegit læſionẽ talis dãni ad euitandum periculum maioris mali. & ſi hoc facit eccleſia, multò fortius dicit hoc facere vna ſingularis pſona. ſecũdũ illa gl. quã no. in hoc exẽplo de decimis applicabili ad multa quę eccleſia tolerat. iuxta ea q̃ poſui in. c. j. de treu. & pa.
¶ Et adde ꝙ rõne ſcandali euitãdi ſi reperiuntur duæ

c ¶ Scãdalum. Add. d. Alexand. de imo. in conſi. ſuo. j. ij. parte.

¶ xiij. Adde Mat. iiij. c.

c ¶ V. adde Lucã. vj.

electiones factæ de diuerſis perſonis ꝑ ſummo pōtifice, poteſt conciliū vtram ꝙ caſſare. ita ſentit gloſſ. ſi. in. c. ſi. lxiij. di. dum allegat. c. ſi duo. lxxix. di. quam glo. pro multùm ſingulari extollit Abb. in ſermone ſuo. incip. quoniam veritas. habito per eum coram Federico imperatore ad iuſtificationem geſtorum in concilio Baſilienſi contra Eugenium quartum. Et intelligit ipſe hoc dictū, etiā ſi altera electio tenebat. aliàs nihil operaretur conſideratio ſcandali. & iſta glo. fortè non fuit guſtata à Bal. Salic. & multis. qui ſcripſerūt de ſchiſmate orto poſt electionem Vrbani ſexti. pro quo ſędando tanto tempore inſudauit Car. ſlo. in repetitione. c. licet. de elec. & in conſi. cl. incip. quæſitum ſæpe fuit à me. Et ſuprà omnes Egi. belle. ſcribēs. lxxxij. folia magna. conſi. ſuo. xcix. incip. verum quia de ſede apoſtolica. dum immineret magnum ſcandalum propter Gregorium. xij. in Italia. & Benedictum. xiij. in Francia. quorum quilibet fingebat velle omnia facere pro finiendo ſchiſmate. Tamen tunc concilium Piſanum caſſauit vtriuſq; electionem electo Alexandro. v. cui paulò poſt ſucceſsit Ioannes. xxiij. poſtea meritò depoſitus. quia nototiè ſcandalizabat eccleſiam. adeo quòd eius vita videbatur notoriè ſuſpecta de hæreſi. Cæterū pro doctrina quando veritas omittatur propter ſcandalum. vide Car. in cle. j. q. j. de immuni. eccle. & ibi Imo.

a ¶ Eſt peccatum. Adde phi. ī. c. cau ſam. ī. de teſti.

¶ Et inuenies poſſe omitti veritatem iuris poſitiui. & ita limita. c. qui ſcandaliz aueritꝫ. de regu. iur. vbi etiam glo. de multiplici veritate in propoſito. De quo etiam ꝑ glo. pe. in. c. ſanè de tempo. ordi. ¶ Limita etiam illam regulam. vt procedat in iudice. vel teſte. ad quos ſpectat veritatem non tacere. ſecus in alio qui licitè tacet. ne ſcandalum eueniat. Inno. in. c. officij. de pœ. & remiſ. exemplum habes ibi in tex. Facit dictum Inn. in. c. j. de cri. fal. dicētis ꝙ tacere veritatē eſt peccatum[a] ſolum in iudice vel teſte. & ſequitur Bal. in. l. prędbyteri. C. de epiſ. & cle. vlt. colū. cū cōcor. Et ſtante dubio. vtrū peccatum ſi imminеat vel non: non debet curari de ſcandalo, ſed eligi via tuta. Imo. in. c. niſi cum pridē. xvij. col. de renun. pro capit. iuuenis. cum ſimilibus. de ſpon. de quo etiam per Do. in. c. j. j. col. de offi. leg. in. vj. & per Hoſt. in ſumma. de renun. §. cui. iij. col. ibi vel breuius. Et diffinitionem ſcandali ponit Hoſt. in ſumma. de pœni. & remiſ. §. pe. ver. eſt autem ſcandalū. & Do. pulchrè in. c. licet. xlv. di. & in. d. c. j. j. col. ver. quæro an ſemper. de offi. legati. in. vj. & Car. poſt Pau. in cle. j. ij. colū. de offi. or. Arch. in. c. prima actione. de conſe. di. ij. dicens ꝙ dicitur ſcandalum. cū ſubitò inter aliquos ſcādit. i. oritur diſſenſio, vel pugna. Et eſt commotio ſubita: à ſcandalon grecè. quod eſt latinè offenſio, vel ruina pedis. De qua diffinitione etiam latè per Thomam. ij. ij. q. xliij. & ibi dicit ꝙ ſcandalum actiuum & paſſiuum mortale eſt & poteſt eſſe non mortale ex parte eius propter quem: vt ſi quis propter bonum alterius ſcandalizetur: & etiam ex parte eius qui patitur. vt ſi qs mouеt motu venialis peccati ex inordinato dicto vel facto alterius. Et ſubdit ꝙ ſcandalizare eſt præbere ruinam dicto vel facto. allegat Hiero. ſuper illud Matthei. xv. Scis quia phariſei &c. Et aliqn ſcandalum capitur pro omni impedimēto. Vbi dixit dominus Petro retrahenti eum à paſſione ſubeūda: ſcandalū mihi es. vt latius per Thomā. cuius dicta ſequitur Catholicon in verbo ſcandalū: & egregiè dilatat glo. Nicolai de lyra in epla Pau. ad romanos. c. xiiij. in verbo non ergo amplius. diſputās pulchrè: an & quando propter ſcādalū ſint cōtēnenda tēporalia, vel ſpiritualia. Dixit etiā Oldr. conſi. cclxviij. quæſtio eſt. in fi. ꝙ ſcādalum eſt factū. vel dictū minus rectū: prębens occaſionē ruinæ. Et vide Tho. in di. xxxviij. q. ij. per totum. vbi etiā ponit diffinitionē ſcandali. & quando ſit peccatū: & quādo per ipſum omittatur veritas: & vtrum propter ipſum conſilia ſint dimittenda: & vtrum ſoli perfecti poſſint ſcandalizari: & alia multa. Quædam etiam ponit ſecun

b ¶ c. ſi diligenti. Et ibidem vide quod dicā in apoſtil. & adde domi. Alex. de Imo. in l. pompo. §. j. ff. de acqui. hęre. & in conſi. iiij. in prin. ij. parte. & in conſi. lij. Callimach⁹. &c. & in conſil. lxxx. iiij. parte. & in conſi. lxxxiiij. j. parte. & Pau. de caſtr. in conſi. cclxxxviij. & in cō ſi. xlviij. vbi ſinguliter loquitur. & in. l. ſequitur. §. hęres. de vſu. & Ludo. ponta. in. d. l. pomponi⁹. §. j. de acquiren. poſ.

da ſecūdæ. q. cviij. arti. j. in fi. vbi etiā ponit de multitudine quæ propter ſcandalū nō puniť. & ſufficit punire maiores, ſicut fecit domin⁹. numeri. xxv. c. dixi i. d. c. dilecta. Aliqua etiam ponit Lud. in. l. ſi vero. §. de viro. vij. fallē. ff. ſol. nia. Dū ponit Abb. quādo mala fides defuncti noceat ſucceſſori. Adde eundē in. c. ſi diligenti[b] .ix. colꝫ. e. & ibi dixi. v. col. declarādo dictum Dy. de quo hīc per Abba.

b

4 ¶ † Circa varios intellectus huius tex. ille eēt notabilis ſi verus. ꝙ in legatis vel alijs debitis pauperib⁹ incertis nulli currit præſcriptio. vt firmat But. hīc. Sed Imo. hīc contra: quia tex. nō dicit de ꝓiudicio pauperū, ſed pōtificum in rebus pauperū. ideſt eccleſiarum. Idem Abb. per iūra vrgentia. ¶ Conſidera tria. primò an dici poſſet ꝙ illā iura ciuilia ſint correcta per iſtū tex. vel ſi fuerunt poſteriora, non potuerint ipſum corrigere. ¶ Secūdò. ꝙ leges diſponētes de eccleſijs, vel locis pijs impetratiuè etiā fauēdo, non tenent. vt firmat Abb. in. c. eccleſia. iiij. col. de cōſti. & in repetitione illius. c. vij. col. & in. c. in præſentia. xij. col. ibi. ego in hoc dubito de proba. dicēs ꝙ lex ciuilis dans formā etiam vtilem eccleſijs nō valet Et dixit Ang. ge. conſi. xxix. Titius exiſtens. ꝙ huiuſmodi leges fiebant quando Imperator dominabatur vniuerſo orbi. hodie vero nihil operanť in ſpūalibus. Poſſes dicere ꝙ hīc non eſt tex. expreſſus. ergo lex ciuilis non correcta viget in foro canonico. c. j. de ope. noui nun. Rn̄detur. ꝙ fallit in lege diſponēte quocūq; modo de eccleſijs. per prædicta. ſi diceres. illa lex eſt merè fauorabilis: ergo operatur in foro canonico. per. c. ſi in adiutoriū. x. diſt. Et firmāt omnes in. d. c. eccleſia. Rn̄detur ſubtiliter ꝙ licet ſit fauorabilis inquātum taxat tempus præſcriptionis ad. xl. annos. tamen eſt odioſa inquantum induxit pſcriptionē in materia in qua per iſtum text. non currit præſcriptio. Si diceres. ꝙ pro Abb. eſt caſus in. c. vlt. xvj. q. iiij. vbi currit qua dragenaria pręſcriptio etiā in legatis factis pijs locis. Rn̄detur dupliciter. Primò. ꝙ non loquitur in legatis factis pauperibus incērtis. Secundò. ꝙ illa lex nō eſt canonizata: vt dixi in. c. ij. folio pe. ver. leges inſertæ. de reſcrip. Nihilominus tutior eſt opi. Fede. & Abb. quam etiam ſentit Bal. in authē. quas actiones. C. de ſac. ſanc. eccl. & Lud. conſi. lxix. ij. col. dicētes ꝙ contra pauperes currit præſcriptio. ſed quadragenaria tantum. Et poſito ꝙ leges pręallegatæ non inducerent hoc. eſt ſatis inductum à lege canonica. diſponente ſimpliciter ꝙ bona cuiuſcunq; loci pij ſint præſcriptibilia. Nec obſt. illa ratio ꝙ pauperes incerti videntur non poſſe præſcriptionem pati: quia ad hoc oportunè rn̄det hīc Abb. ¶ Tertiò conſidera ꝙ etiā hoc caſu cōpetit pauperibus reſtitutio in integ. per ea quæ de eccleſijs firmata ſunt. s̄. iunctis dicendis j̄. eo. in. c. de quarta. vbi multipliciter parificat hoſpitale eccleſijs. Et quanuis illa equiparatio nō ꝓcedat in hoſpitali priuato, tamē quātū ad eius bona. vel iura protegenda, nō differt à publico: vt ibi videbis. in ver. prima declaratio. & hæc bene nota. ¶ † Regulariter denuntiatio extraiudicialis nō cauſat malam fidem. vt in. c. ſi quis. §. poteſt hīc alleg. in gl. & l. pe. ff. pro emptore. ¶ Fallit primò in Papa. tex. hīc ſecūdùm tertium intellectum cùm non habeat iudicem quē adire poſſit: Idem puto in denuntiatione facta ſibi. eadē ratione. ¶ Fallit. ij. in domino non recognoſcente ſuperiorem. Abb. hīc de quo dubito. quia nemo eſt qui nō recognoſcat ſaltem Papam etiam in temporalibus. Cardi. in clemen. paſtoralis. §. vt illud. de re iudica. dicam j̄. eodem in. c. cùm non liceat. ¶ Fallit tertiò in præſcribente bona pauperum. text. hīc ſecundùm Abba. in quinta. lectura. ¶ Fallit. quartò fauore hęreditatis. l. Item veniūt. §. petitam. lo. ſecundò. ff. de petit. ho. hæredi. Sed tene do ſequentem fallentiam hoc non procederet. ¶ Fallit quintò vbi quis poſsidet ſine titulo. Butriga. in. c. grauis. quarta. colum. ibi. ſecundò eſt dubium. de reſtit. ſpo. Et ibi etiā Abb. antepe. col. dicentes ꝙ tunc denuntiatio

5 extraiudicialis

extraiudicialis inducit malam fidem. & ita loquatur. d. §. petitam. & tex. hīc. ¶ Fallit. vj. vbi denuntiatio fit antè quam alius ceperit poſsidere But. in. d. c. grauis. Abb. hīc. & j̄. c. proxi. ꝓ. l. ſi fundū. C. de rei. vē. Idē Bart. ibi. & in. d. l. pe. & l. naturaliter. iij. colum. ff. de vſuca. dicens ꝙ denū tiatio caūſat malā fidem ante contractum. poſtea nō. Idē Inno. in. c. dilecti. in glo. maiori ante medium. de maio. & obe. ¶ † Et no. ꝙ in tali denuntiatione debet allegari & oſtendi cauſa denuntiationis. Bar. in. l. non ſolum. §. morte. xj. colū. ver. quando ꝙ talis proteſtatio. de no. oper. nū. per tex. in cle. clauſam. in fi. de ele. facit quod ibi not. Car di. in fi. dicens quòd omnis intimatio parans graue pręiudicium debet fieri ſecundùm formam illius clauſulæ. de quo nunquàm obliuiſcaris ſecundùm eum. Dixi in. c. cū. M. in. iij. parte proteſtationis. de conſtitu. Tamen glo. ij. & Bal. in. d. l. ſi fundum. firmāt ꝙ tali denuntiationi etiā nudè facte à principio debet credi. & in re dubia abſtineri. Nec ꝙ videtur Barto. ſpecificè loqui in caſu noſtro. Et ad. d. cle. diceretur hoc non eſſe præiudicium graue. Cogita. quia videnda eſſent plura quæ poſui in. c. cum contingа. de reſcrip. ponendo qualis debeat eſſe intimatio.

a vel notitia. An autem proteſtatio[a] extraiudicialis interrumpat præſcriptionē diceturj̄. eo. c. illud. Et iſtis adde Abb. in. c. vt debitus. xiiij. col. ver. vel dic. j̄. de appel. quē allegaui in. d. c. illud. iij. colū. ver. tertia declaratio. Habes ergo ex iſto tex. vnum priuilegium pauperum. plura ponit Lud. in. l. ſi verò. §. de viro. xxv. fallentia. ff. ſolut. mat. Item Paupertas excuſat non appellantem. vel non proſe-

b quentem. b Inn. in. c. ex rōne. de app. Bal. in. l. acceptā. C. de vſu. & in. l. ij. §. ſi quis. ff. ſi qs cau. Item excuſat à periurio. Bal. in. c. querelā. de iureiur. Item excuſat ab onere cauendi. Ang. in. l. non facilè. per illum tex. ff. ſi cui pluſquā. per l. fal. Item excuſat nolentem litigare cū actore. But. in. c. cuolim. lo. ij. per illū tex. de reſtit. ſpo. Itē excuſat à collectis. glo. in. l. omnes. C. de annonis & tri. lib. x. Ioan. an. & But. in. c. licet. de cenſi. Item Rex Franciæ facit expenſas pauperi ſecum litiganti. Bal. in. l. magis puto. §. in primis. ff. de rebus eorum. & de his dicentur aliàs plura vltra Andræ. ſicu. in. c. ſignificantibus. x. col. de offi. dele.

¶ *CAP. III.*

c Sanctorum patrum. [c] Per quietam & ſynceram poſſeſſionem. xxx. annorum præſcribit eccleſiarem priuati. vel ſic Eccleſia cōtra eccleſiā pſcribit ſpatio. xxx. an. & hoc hodie nō ꝓcedit. per. cj̄. proxi. ideo tene primū. Inquantū concludit Abb. quòd eccleſia in præſcribendo rem laicorum eodem iure vtitur quo ipſi intra ſe. dummodo cū bona fide. ¶ Obſtat. c. j. prima di. vbi quod tibi non vis fieri alteri non facias. & eccleſia non vult pati minorem pręſcriptionem quadagenaria. ſed ipſa contra laicum vtitur minori. ergo iniuſtè. Reſpondet Ioan. and. in regula q ad agēdū. in fi. mercu. ꝙ illa verba. nō vis tibi fieri. exponūť nō vis. nec debes velle. ſecꝰ ſi debes velle. eccleſia aūt debet velle vti ſuo iure, defendendo ſe priuilegio ab vtroq; iure cōceſſo contra alium. non ſic priuilegiatū. ¶ Non obſtat tit. ff. quod quiſq; iuris. qui fallit in iure cō ceſſo motu proprio principis. l. iij. §. j. ff. quod quiſq; iuris. Nec dicas hoc. non pręſumitur. niſi exprimatur de motu proprio. c. ſi motu. in fi. de præben. in. vj. quia non procedit in priuilegio inſerto in iure. quod pręſumitur datum motu proprio. glo. aurea & omnes Doctores in auť. quas actiones. C. de ſac. ſan. ecc. Dixi. in. c. j. & c. cum ordinem. de reſcrip. Ex quo infertur quòd Abbatia monantulana non præſcriberet contra alium niſi centum annis. quia cū priuilegium ei conceſſum non ſit iure inſertum: habet locū retorcutio. per. d. tit. quod quiſq; iuris. ſecūdū Bar. ſ. d. authen. quas actiones. & tranſit ibi Sali. Sed Bal. & Pau. ibi cōtra. qa illud priuilegiū eſt cōceſſum deo. cōtra quē nō ſit retorcutio. q̄ verba no. qa ponunt limitationē. non guſtatā ad. d. ti. qđ quiſq; iuris. vt nō habeat locū in priuilegio cōceſſo intuitu dei. etiā ad poſtulationē impetrātis. quod bene nota. ¶ Demū dū dicit glo. in. c. poſſeſſiones. xvj. q. iiij. ꝙ in bonis patrimonialibus nō gaudet clericus pſcriptione quadragenaria. vt hīc ꝓ Abb. adde Lud. in. l. vſucapio. ff. de vſucapio. Inn. i. c. fij. eo. But. i. c. ſi diligēti. Dixi ſatis in. c. eccleſia. viij. col. ver. & hinc eſt. de cōſtitu.

a ¶ Proteſtatio. Vide ad hoc quæ habentur ꝓ do. Alexan. de imo. in. l. naturaliter. de vſucap. & Paul. de ca. in. conſi. cclxxxviij. aliàs. ccxcij. incip. viſa. ſ. ſcripta facti.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Diſpoſitio quæ loquitur in eccleſia vel beneficio: an & quando habeat locum in hoſpitali?*
2 *Præſcriptio quadragenaria conceſſa eccleſijs: an habeat locum in bonis hoſpitalium?*
3 *Hoſpitalia comparantur eccleſijs in. xix. caſibus. vſque ibi. Quinimò prædicta. 4. 5. 6. 7. 8.*
9 *Hoſpitalia priuata non gaudent priuilegijs ſupradictis. adde nu. 10. 11.*
12 *Hoſpitale præſumitur fundatum authoritate Epiſcopi: quādo ſæpe celebratur in eo: vocato populo per ſonum publicæ campanæ.*
13 *Hoſpitale, per quæ ſigna cognoſcitur quòd ſit publicum?*
14 *Hoſpitale quodlibet appellatur locus eccleſiaſticus.*
15 *Papa ſi reuocat omnes gratias: quæ non ſunt ſortitæ effectum ſuum ſuper beneficijs: intelligitur etiam reuocare gratias conceſſas ſuper hoſpitalibus.*
16 *Penſiones & præſtimonia an cōtineātur nomine beneficiorū? Præſtimonia, an veniant appellatione beneficiorum.*
17 *Hoſpitale conſtituere an quis poſſit authoritate propria?*
18 *Decima papalis non extenditur ad hoſpitalia.*
19 *Præſcriptio rerum hæreditariarū ab alio poſſeſſarum non curit contra hæreditatem iacentem Quę regula fallit tribus modis. primo in vſucapione. nu. 20. Itē fallit in præſcriptione cāpta. quia illa perfici poteſt hæreditate iacēte. n. 21. Item fallit in præſcriptione conuentionali. nu. 22.*
23 *Malafides defuncti non nocet ſucceſſori in beneficio: ſicut nocet hæredi vniuerſali: quia non habet ius à defuncto.*
24 *Titulus quis aut qualis ſufficiat ad præſcribendum: ponit hīc duas doctrinas.*
25 *Titulus iniuſtus, an det iuſtam cauſam præſcribendi?*
26 *Credulitas cum errore iuris, non facti: ſuadens titulū nō iuridicum eſſe iuridicum, non prodeſt ad præſcriptionem.*
27 *Error iuris, an æquipolleat errori facti?*
28 *Conſilium malum acceptum, an aliquem excuſet?*
29 *Titulum cum errore iuris, iuuat ad fructus lucrandos.*
30 *Error iuris non prodeſt ad fructus naturales lucrandos.*
31 *Errans in iure, reſtituit etiā fructus induſtriales: quatenus fructus eſt locupletior, deducta omni impenſa.*
32 *Clericus dignus priuatione, an faciat fructus ſuos?*
33 *Emphyteota non ſoluens canonē, an teneatur ad reſtitutionē fructuum quos medio tempore percepit? Clericus diſſipidans bona eccleſiæ in malos vſus an & qualiter teneatur ad reſtitutionem. poſt nu. 33.*
34 *Error iuris non nocet in præſcriptione temporis lōgiſſimi. Add de nu. 35. de eodē. Et adde alias limitatiōes: vſque ibi Vtriū in præſcribenda libertate. 36.*
37 *Libertas ſeruitutis diſcontinue ſi eſt præſcribenda contra eccleſiā, an fiat duplicatio. xl. annorū? Arguit pro & cōtra.*
38 *Priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato in præſcriptione. an vtatur proprio priuilegio? Et adde nu. 39. de eodem.*
40 *Seruitus qualiter acquiratur per præſcriptionem?*
41 *Titulus requiritur in ſeruitute continua præſcribenda.*

¶ *CAP. IIII.*

vtroꝝ horū caſuū currit ꝓſcriptio: qa ſciebat ad ſe ꝑtinere: nō aūt loquiſ in eo qui ignorat ius ſibi cōpetere. Ita dicit clarè ꝓbari hīc. in ver. *latentibus*. iūcto ver. *segnitiem*. vbi etiam in latētibus currit ꝓſcriptio cōtra negligentā: & dicitur eū latere, non ꝙ res ſit ſua. vt hīc in gl. ſed ꝙ ab alio poſsideat: & hmōi ſegnitiē punit iſte text. ergo vbi vtrūq; eū latet videlicet rē eſſe ſuā, & aliū poſsidere, vel ſolū primū nō eſt ſegnis: ergo in eo nō habet locū iſte tex. Quod guſta bñ. & poſteà inducit. c. qa diuerſitatē. in fi. de cōceſ. ꝑbē. vbi tēpus nō currit ordinario ignorāti vacationē, niſi in duob⁹ caſibus. de qbus in. c. j. de cōceſ. ꝑbē. in. vj. & in cle. j. e. ti. & allegat plura. ꝙ ignorāti nō currat tps. ¶ Nō aperit an aliquo caſu detur ꝑdicta reſtitutio. & videreſ ꝙ eo caſu quo dicit ꝓcedere. d. l. fi. datur reſtitutio: videlicet vbi ſcit rē eſſe ſuā, & ignorat aliū poſsidere. Sed etiā tūc poſſet quiſpiā arguere ſic: Aut ignorātia eſt ſupina, & nō prodeſt. vt. s̄. in. iij. limitatiōe. & no. Io. petri. in. d. practica. aut ignorātia iuſtificatur ex aliqua abſentia, q̄ hoc bñficiū mæreaſ. Et tūc nō dicet concedi reſtitutio ex capite ignorantiæ, ſed illius excuſabilis abſentiæ. Tñ ſequenda eſt opi. Bar. approbatiſsima. Et ad argumētū. dic ꝙ ex alijs cauſis pōt eſſe ignorātia iuſtificata, adeò ꝙ mę reaſ reſtitutionē, dūmodo ſit ignorātia eo mō quo dixit Pe. & ſequēdo ipſum. nō eſt tenēda expoſitio gl. hīc. in verb. *latentibus*. dū dicit ꝙ verus dñs neſcit rē illā ad ſe ꝑtinere. nā qñ hoc eſt: nō eſt in eo ſegnities: & ideò tex. loquiſ de ſciēte ius ſuū, & ignorāte alium poſsidere: ex eo quia ipſe eſt ſegnis in poſsidēdo: Si eñ ſtaret expoſitio gl. eſſet hīc caſus rotūdus cōtra Pe. de peru. vbi s̄. qa imò curreret ꝓſcriptio cōtra ignorantē ius ſibi cōpetere. Attēdetur: qa tenēdo dictū Pe. de peru, redderetur inutile & impracticabile dictū Bar. in. d. l. j. Nā Bar. & ſequaces ꝓſupponunt ꝙ ſit ignorātia ꝓbabilis. vt dixi. s̄. in limitatiōe: & qñ quis ſcit rē eſſe ſuā, & ignorat eā ab alio poſsideri, eſt profectò ſemp ignorātia craſſa, denotās merā negligentiā in cuſtodiendo rem propriā, & in ea fruendo. vñ non cōpetit ei iuſta petitio reſtitutionis. Si aūt vltra ignorantiā alienæ detentationis etiā ignorat rem eſſe ſuā: tunc ignorātia eſt probabilis. Sed ſcām Pet. de peru. nō eſſet opus reſtitutione: quia præſcriptio nō currit. & hoc videtur rationabile prima facie, quia vbi ceſſant verba legis, ceſſat eius diſpoſitio. c. indēnitatibus. in fi. de elec. in. vj. cum ſi. ſed verba dictæ. l. fi. C. de præſcrip. lōg. temp. puniūt negligentiā. In iſto aūt caſu nō eſt negligentia: quia qui ignorat, nō negligit. iuxta gl. in. c. quàm ſit. in verb. diſtulerit. de elec. in. vj. Ideò contra iſtū non militant iura punientia negligentem gladio ꝓſcriptionis. Et nō ſufficit ꝙ militet fauor præſcribētis in præſcriptione lōga: quia vbi cōcurrunt æqualiter duæ rationes, nō ſufficit ceſſatio vnius. §. affinitatis. inſt. de nup. igitur nō ſufficit ꝙ cōcurrat fauor præſcribētis ex quo nō cōcurrit odiū negligentiæ. Et æquitas iſta ſatis videtur ſcripta, ex quo vbiq; fauent ꝓbabiliter ignoranti: per cōſequens ꝑtur rigori ſcripto. l. placuit. C. de iud. Ex quibus vides apertiſsimè ꝙ ſequēdo opi. Pet. nō eſſet neceſſariū: neq; verificabile vllo caſu dictū Bar. in. d. l. j. Vñ credo proculdubio ꝙ opi. Bar. eſt tenenda & practicāda. dictū aūt Pe. de iure nō ꝓcedat. Moueor primò eūdo ad radicē ex cōſi. Pau. de ca. qđ allegaui. s̄. in hac rubri. in primis verbis dum dixit ꝙ iura punientia in hac materia negligentiam, nō capiunt negligentiā prout ſonat in vitiū vel culpā: quia ſi ſic caperetur, rarò curreret præſcriptio: cū citra omnem culpā plura & infinita impedimēta occurrant. Capitur ergo negligentia prout ſonat in ſimplicem ceſſatiōnē carentem vitio & culpa. Et ideò qñ dicebā pauloante ꝙ in iſto ignorāte ius ſuū non eſt negligentia quia ignorat. iſtud eſt negandū: quia nō capit hīc negligentia propriè vt dixi: ſed pro ceſſatione. ¶ Sēdò cōtra dictum Pe. facit quia multi Doct. s̄. allegati ſup cōcēdēda reſtitutione paſſo præſcriptionē vtunt verbis expreſsè præſupponētibus nedum illū ignoraſſe ꝙ alius poſſederit: ſed etiā ꝙ ipſe paſſus ꝓſcriptionē haberet ius in re. Et ita ipſe Bar. in. d. §. fi. dum loquitur de ignorante ius ſibi competere. Et Bal. in. d. l. j. xxiiij. op. C. qui admit. dum loquitur de ignorante hæreditatem ſibi delatā. Et Pe. de anch. in cōſ. clxvj. principaliter. &c. loquens de ignorāte legatū ſibi factum. & idē ꝑſupponūt multi alij ex ꝑdictis inſpectis caſib⁹ in quibus cōſu luerunt. ¶ Tertiò facit tex. in. l. ſicut. C. de preſcrip. xxx. an. alle. per Pau. de ca. d. cōſi. alle. in rubri. vbi dicitur ꝙ ꝓſcriptio currit qualitercūq; impedito ſiue impedimēto abſentiæ, ſiue militię, ſiue alio.

Si ergo nullum impedimentū impedit curſum ꝓſcriptionis, nō videtur ꝙ impedimentū ex capite iuris ꝓprij ipſam ipediat. ¶ Quarto facit tex. in. l. ſi partē. §. j. ff. quēad. ſerui. amit. vbi ſi neſcio ſeruitutē mihi legatā, & ideò ea non vtor, nō currit cōtra me ꝓſcriptio, ſed datur reſtitutio. vt ibi dicit gl. & tñ ibi ignorabatur penit⁹ ius cōpetere. ¶ Quīto facit. quia æquitas ꝙ ſuccurraſ ignorāti. nō eſt ſcripta in ſpecie in hac materia: ergo rigor indiſtictē ſcriptus in cōtrariū in ſpē. d. l. fi. C. de ꝓſcri. lō. tē. debet ꝓferri. l. placuit. & ibi no. C. de iud. Nec erat ignorātia iuris cōpetētis in caſu. c. licet. de ſup. negli. ꝓla. & c. qa diuerſitatē. de cōceſ. ꝑben. quæ iura alleg. Pet. vbi s̄. ſed ignorabaſ id qđ cauſabat exercitiū iuris cōpetentis: videlicet vacatio. Et ſi vera eſſet opinio Pe. nulli impedito curreret præſcriptio, cū impeditus non ſit negligēs. d. c. quia diuerſitatē. & gl. in. d. c. quā ſit. cū ſi. Videtur ergo ſtandū generaliter & mēti: imò verbis d. l. fi. C. de præſcri. lō. tēp. Itē etiam expoſitioni gl. hīc. ſcām quam vt dixi. s̄. eſt hīc caſus cōtra ignorantē ius ſibi cōpetere. Et ió præcti canda eſt opi. Bar. pro mitigando rigore. d. l. fin. ſaluis limitationibus dictis & dicendis. Caue etiam dū. s̄. dedi reſponſum ad vlti. argumentū partis contrariæ: quia illa reſponſio non ſatisfacit ad tex. in. l. omnes. in fi. ibi pleniſima munitione ſecurus. C. de præſc. xxx. an. Cui reſpōderi poſſet ꝙ loquitur in tuto ꝓſcriptione lōgiſsima. in qua aliqui tenēt ꝙ opinio Bar. nō ꝓcedat. vt. s̄. in. j. limitatione. pro qua vrget dicta. l. oēs. iuncto. d. ar. tr. (vt ibi dixi) nō eſt firmanda. Et dicit Alex. in. d. §. in hac. ſe non ponere eā pro cōſtanti: quia
6 Abb. hīc & Imo. in. d. c. fi. ſequēdo Bar. loquuntur de præſcriptione. xl. an. & hæc nota vt ſubtilia & noua. ¶ † Limita. vj. opi. Bart. niſi eſſet ſtatutum in ciuitate. ꝙ præſcribens vel hæres non poſſit moleſtari neq; turbari directè vel indirectè à quauis perſona: quia tunc nō poteſt peti reſtitutio in integ. vt latè per Franciſcū are. d. cōſi. ciiij. ij. col. loquentē de ſtatuto Ferrariē. per qđ ita diſponit. & oſtendit per ſtatuta noua iſtud nō eſſe correctum. bene facit. d. l. fi. C. de fun. pa. & d. c. ij. de ꝓſcrip. in. vj. vbi ſimilia verba tollunt reſtitu. in integ. vt dixi in prima & ſecūda limitatione. ¶ Limita. vij. opi. Bar. & communem. dūmodò ille ignorans cōtra quem præſcribitur amiſerit poſſeſsionem ciuilem: quia tunc incipit curſus præſcriptionis, nō anteà. ſola eñ poſſeſsio naturalis vel detētio nō inducit poſſeſsionem neceſſariam ad præſcriptionē. de qua in regula ſine poſſeſsione. li. vj. quia cōtra ciuiliter poſsidentē nō præſcribitur. l. malè agit. C. de ꝓſcri. xxx. ann. ¶ Et ió ad ꝓpendā ciuilē poſſeſsionē requiruntur ea de quibus hīc per Ab. quē vt in hoc pūcto vtili & merè legabili bñ intelligamus. reſtringe breuiter quatuor
7 caſus. ¶ † Primus eſt. qñ ſcio poſſeſsionem meam naturalē vacantem ab alio eſſe occupatam: tunc perdita eſt naturalis. & ſi negligo per modicū tempus illam recuperare: perdo etiam ciuilem: quia vidēor ſuſpicari me poſſe repelli. l. clam poſſidere. in fi. cū. l. ſeq. ff. de acqui. poſſ. vbi ſi nolo ad fundum reuerti: quia vim maiorē timeo: amitto ciuilem: non ex facto illius poſsidentis, ſed ex voluntate mea: & tunc dicor ſpoliatus. Ad idē. l. iij. § ſi quis nuntiet. e. ti. vbi ſi ego audiens domum meā à latronibus occupatā timore conterritus nolui accedere, amitto ciuilē: etiam ſi timor eſſet falſus. vt ibi in gl. & iſtū caſum ponūt Bar. & Ang. in. l. ſi de eo. § j. e. ti. Oportet ergo ſtatī recuperare naturalē. l. qđ meo. in fi. e. ti. c. olim. lo. j. ibi ſtatim ex quo innotuit. de reſt. ſpo. Idē Bald. poſt Oldr. in. l. j. in vlti.
8 col. C. de ſer. fugi. ¶ † Et intellige ſtatim arbitrio iudicis. qui videat intra quantum tēpus potui me præparare ad recuperandum naturalem. Bald. in. l. ij. x. col. C. de ſer. fugi. & in. l. fi. C. de his qui à non domino. dum pulchrè loquitur de amittente caſtrum. qui nō ſtatim acceſsit, ſed maturę ꝓparauit arma, poſteà iuit. & dicitur ſtatim acceſsiſſe. no. gl. & Bar. in. l. iij. § cum igitur. ff. de vi & vi arma. cum concor. de quibus etiam per Moder. in lib. maleficiorum. fol. xciij. Et intellige quòd occupans poſſeſsionem ſit talis de quo ſit veroſimile quòd dñs ſuſpiceſ ſe poſſe repelli: ſecus ſi eſſet perſona valde minus potēs: quia tūc in arbitrio iudicis erit declarare intra quātum tēpus videar fuiſſe negligens, & amiſiſſe ciuilē. Et hoc qñ ſcio de occupatione. Si enim ignorarem, tūc quale tempus requiratur ad præſumendum obliuionem dicetur in quarto caſu. Ita declarat Imo. in. d. l. quod meo. § fi. per illum tex. in verbo facilè. & Pau. in. d. § ſi quis nuntiet. & hoc caſu videtur arbitrandū tēpus eo modo quo in caſu in quo ignorat alium occupaſſe, poſtquā nō ca-

a ¶ Currere. Adde quæ habentur p Bald. in. l. quoties ff. de ſerui. & Lāfrā. in tract. de arbi. vij. parte. xx. q. & Pau. de caſ. in conſil. ccciiij. inci. Ego Paulus. & in cōſ. ccxcvij. inci. Viſis & pōderatis &c. & in cōſi. ccxxxix. inci. hereditas dictę puellæ.

b ¶ Non audietur. Vide quę ad hoc dixi in. c. placuit. in. vij. col. s̄. eo.

a ¶ Oblitus. Facit ad hoc qđ no. habetur p Soci. in cõſi. xlvij. inci. Primò cõ ſultationis. ver. poſtremò. circa prin. in j. parte. char. xc.

b ¶ Tps. Adde Phi. in c. Albericus. §. de teſtib. & qđ ibi dixi in apoſt. & d. Soc. in cõſi. cliij. inci. Pulchra & ſubtilis eſt ſtens cõſultatio. ver. quimò in. ij. parte. char. ij. & d. Ale. de Imo. in conſi. vij. iiij. par.

c ¶ Conſcię. Adde Bal. in c. ſi quis p xxx. i. iij. col. ſi de feu. fue. cõtro. & Io. de pra. i. l. qb⁹. §. dñs. ff. de cõdi. & demõ. & Bal. in mar. ver. tutus. licet cõtrariũ dicat in. l. ij. C. de fidei. in. ij. not. Bartol. in. l. ſequitur §. ſi viã. & ibi Doct. ff. de vſucap.

d ¶ Poſsidens fuit. Addè qđ de iure ciuili videt qđ ſit ſecus: qa mala fides ſuperueniens nõ impedit præſcriptionẽ ceptã. Barto. in. l. j. C. de vſuca. trãſfor. adde qđ Bar. in. l. naturaliter. ff. de vſuca. in. ij. col. i ver. ſed ſuperueniens. vt ſentire alt: qa ibi dicit ſtãdũ eſt a iuri canonico. qa p ſuperuenientiã maleſidei interrũpitur ꝓſcriptio. adde qđ mala fides nõ interrũpit publicianam Bar. in l. eũ q. §. ꝓor. ff. de b publicia. & habet locũ et de iure canonico. qa p ſuperuenientiam maleſidei publiciana nõ interrũpit. ita Bar. i. d. §. ꝓtor. & Bald. in l. ancillæ. C. de fur.

e ¶ Nõ ꝓdeſt. Adde Pau. de ca. in cõſi. v. & in cõſi. cclxxxvj. & p. d. Sozi. in cõſi. lxj. inci. In pñti cõſultatione. verſi. poſtremò dicere. cũ verſi. ſeq. in. j. par. char. cvj.

f ¶ Propter verba Bar. Adde tu qđ d. Bar. in d. l. j. §. accuſationem. ff. ad turp. tenuit Ang. vbi dixit qꝺ quoties accuſatio eſt inepta: tunc talis ineptitudo reddit iudiciũ retro nullũ. l. ſi patron⁹. ff. de iureiu. & ideò accuſatio ab initio erit nulla ſine ope exceptionis. & idem videtur tenere do. Alexin l. elegãter. §. ſi qs. ff. de cõdi. inde.

dit præſumptio qꝺ ſuſpicetur ſe poſſe repelli ſe cundũ Alex. in. d. l. ſi de eo. ad fi. Et nota qꝺ ſi ſcio aliũ occupaſſe poſſeſsionẽ meam, nec ſuſpicor poſſe repelli, ſed vado ad iudicẽ ne ſim auctor alicuius mali, nõ perdo ciuilẽ. Bart. poſt gl. in. l. j. §. interdũ. ff. vti poſſi. Item intellige p̃dicta de metu quo ſuſpicabatur de perſona ſua, & repellit de poſſeſsione, vel repelli de poſſeſsione. ſecus ſi ſolũ timebat ne perſona læderetur, quia nõ perdit ciuilẽ. l. licet. cũ gl. pe. C. de acquiren. poſſ. gl. & Bar. in. d. §. ſi quis nuntiet. ¶ Secũdus 9 caſus eſt. † quando ignoro rem meã ab alio occupatam, & negligo tanta negligentia qꝺ res quaſi perit. Nã tũc perdo ciuilẽ. Bar. in. l. ſi de eo. §. j. per illũ tex. ¶ Tertius caſus eſt. quando per biẽniũ deſeruit prędiũ tributariũ deſertum & incultũ: quia ſolo biennio ꝑditur dominiũ & poſſeſsio. l. qui agros. C. de omni agro deſer. li. x. dixi in. c. j. §. eo. & eſt ſpeciale in iſto. vt non ceſſet diu in ſolutione canonis. gl. in. l. licet. C. de acq. 10 poſ. ¶ Quartus caſus eſt. † qñ ignoro rẽ ab alio occupatã, nec perijt. tũc ciuilis nõ perditur, niſi tanto tempore quo de ipſa præſumatur oblitus[a] Bar. in. d. l. ſi de eo. & Ab. hîc reputans decenniũ longum tempus. Et qꝺ in proposito requiratur longũ tempus nõ. gl. in verbo. per abſentiã. in. §. qđ autem. inſti. de vſuc. & gl. ſi. in. d. l. licet. & Dy. in. d. regula ſine poſſeſsione. & Bal. in. l. ſi. C. de his qui à nõ dño. Paul. in. d. §. ſi quis nuntiet. Quòd aũt decenniũ dicatur longum tempus. [b] eſt gl. ij. in. l. cum de in rem verſo. ff. de vſu. & glo. in. l. ſi filius. C. de peti. hære. not. Bald. in rubrica. C. de præſcrip. long. tem. & in rubrica. C. quæ ſit long. conſue. Tetigi in. c. pleruq; de reſcri. Alij volunt qꝺ cõſideratio huius têporis ſit in arbitrio iudicis. Inno. in. c. querelam. in verbo dicunt quidam. in prin. de elec. habens pro abſurdo qꝺ tantum tempus requiratur in perdenda poſſeſsione quantum in perdẽda proprietate, & ſequitur Rota de reſt. ſpolia. iiij. deciſione in antiquis. ponens eſſe in arbitrio iudicis quo tẽpore videatur ſpoliatus perdere ciuilem, quaſi de. ea oblitus. Idem gl. Ang. & Imo. in. l. furtum. §. fundi. ff. de vſuca. & Cyn. in. l. j. q. C. vbi cauſa ſta. & Bald. in. l. ij. C. de fer. & aqua. & Domi. in. c. pontifices. vij. q. j. & ibi etiam dicit ſtandum eſſe dicto illius qui dicit ſe nunquàm habuiſſe animum amittendi ciuilem. Et dicunt Imo. & Lud. in dicta. l. ſi de eo. §. j. quòd iudex arbitrabitur obliuionem biennio: quia olim tantò tempore perdebatur etiã dominium. inſti. de vſuca. in princ. ¶ Primam opiñ. de decennio tenet Alexan. in. d. l. ſi. de eo. per dictum. §. fundi. in verbo longo. iunctis prędictis. Et dato quòd poſſeſsio perderetur ſolũ decennio: non ſequitur quòd ita facile perdatur ſicut proprietas. ad cuius amiſsionem requiritur titulus, continuata poſſeſsio, bona fides, & rem non eſſe vitioſam. Et iſta dant intellectum ad regulam ſine poſſeſsione. & intelligis quando occupans incipiat præſcribere non ſtatim: ſed demum poſſeſsione ciuili à domino amiſſa. modis prędictis. Quæ omnia diligenter not. ¶ † Superuenientia malæfidei poſt cõ- 11

c pletam præſcriptionem nõ nocet in foro conſcientiæ. [c] Abb. hîc poſt Cardi. & Imo. Et dum dicit non differre forum conſcientiæ à foro contenſioſo. facit glo. in verbo. eccleſiæ. in cle. ad noſtram. de hæreti. probans qꝺ eccleſia militans eſt exemplata ad inſtar triũphantis. & eſt bonus text. in eccleſia paradiſo comparata. de conſe. diſt. iiij. & in. c. fin. lxxxix. diſtin. ibi. cœleſtium militiarum exemplar nos inſtruit. quòd lex humana operetur in foro conſcientiæ: dixi ſatis in. c. j. in. vj. fallentia. de conſti. Et intellige quòd iſti fori non differunt, vbi canon diſponit ſuper certo. ſecus vbi lex vel ca non procedit præſumendo in materia quæ verè ſciri non poteſt: quia ſi veritas aliter ſe habet, illa ſequenda eſt in foro conſcientiæ. Exemplum in. c. inquiſitioni. de ſen. excom. & in caſu Io. an. & aliorum in. c. is qui fidem. de ſpõ. Pulchrè Bal. in. l. cum quis. x. col. verſic. j. hoc ſciatis. C. de iuris & fac. igno. in. c. cum cõcor. quas dixi in d. c. j. & pro communi opi. in terminis eſt gl. in. c. ſi virgo. xxxiiij. q. ij. & gl. in. c. ſi res. xiiij. q. vj. & in. c. j. de cõceſ. præben. & gl. ſi. in fin. j. eo. & ibi Abb. xvj. col. Bal. in. d. l. cũ quis. Io. andr. plenè in regula poſſeſſor. & ibi Pe. de ancha. xxij. col. ver. quæro circa debitum naturale. Bal. in diſpu. ſtatuto cauetur. Lu. rubrica. de arbitris. ij. col. & in. l. filiuſa. ff. de dona. Imo. latè in. c. fij. eo. xxxv. col. cum ſequẽtibus. Ang. in repe. l. j. C. de iud. & Bal. hîc per plenè alleg. maximè per tex. meliorem de iure & gl. incognitam ſecundùm eum in. l. j. §. ſi. cum. l. ſequenti. ff. de iti. actu. priua. ibi. nec enim corrumpi aut continuari ſuperueniente delicto põt qđ rectè tranſactum eſt. facit. c. cura. de iurepa. inducendo eo modo quo Abb. hîc inducit. c. cùm dilectus. de conſuetu. vbi declaratio erroris iuris non tuebatur ius quæſitum præſcriptione cum errore iuris dubij. Et de materia per Bald. in. l. ij. in fin. C. de fideiuſ. & Ang. in. l. ſi certis annis. in. j. char. C. de pact. & per Butrig. in diſpu. clericus quidam floren 12 tinus. ¶ † Et nota. quòd ſi probaretur etiam poſt præſcriptionem d quòd ea currente poſsidens [d] fuit in mala fide: clarũ eſt quòd præ e ſcriptio non prodeſt. [e] vt hîc. cum concor. Sed hoc intellige. vbi verè conſtat de mala fide. ſecus vbi præſumptiuè tantum: quia talis præſumptio malæ fidei quæ præſumitur affuiſſe in curſu præſcriptionis, non turbat eam completam. caſus eſt nota. & ibi hoc notat Bar. in. l. ſi. in fi. C. vnde vi. & ſentit But. in. c. ſæpe. v. colũ. verſi. Item hoc verum. de reſt. ſpo. & no. Bar. veroneñ. de ſerui. vr. prædi. c. xx. ij. col. Sed non putarem ita intrepidè hoc firmandum: ſed debere attendi qualitatem præſumptionis: bene credo quòd complementum præſcriptionis decurſæ operabitur hoc quòd fortior præſumptio tunc requiratur quàm ea currente.

SVMMARIVM.

1 *Bona eccleſiæ, an & qualiter poſſunt præſcribi?*
2 *Præſcriptio, an extinguat obligationem ipſo iure: an vero ope exceptionis?*
3 *Iudex ſicut poteſt repellere illum cui nulla competit actio: ita etiam illum cui competit actio ineffica.*
4 *Vſucapio operatur effectum ſuum ipſo iure.*
5 *Præſcriptio, an tollat obligationem naturalem?*
6 *Libellus ineptus, an debeat à iudice reijci?*

CAP. VI.

AD aures. ¶ Primò ad iſtum tex. & alia iura dicentia bona eccleſiarum poſſe 1 præſcribi. Adde † quòd hoc procedit etiam ſi præſcribatur dos ipſius eccleſiæ. vt eleganter deducit Bald. noſtellus in tractatu dotium. folio primo ad fin. Subdens collegium peruſinum ita conſuluiſſe pro communitate in terra monenſi contra epiſcopum. quamuis plerique aduocati romanæ curiæ tenerent contrarium æquiparantes iſtam dotem doti matrimonij carnalis. contra quam non currit præſcriptio. l. ſi fundum. ff. de fun. do. vt latiùs per eum. quem videre potes. Per iſtum text. ibi. *omnem prorſus actionem*. infert Abb. poſt Butrig. iudicem ex officio poſſe repellere agentem contra quem eſt præſcriptum. Confidera bene quòd opus eſt videre vtrum præſcriptio extinguat obligationem ipſo iure: an ope exceptiõis. ¶ † Et videtur 2 f qꝺ ope exceptionis, propter verba Barto. [f] in. l. j. §. accuſationem. circa medium. ff. ad turp. vbi dicit quòd vbi quis accuſatur de crimine ſuper quo eſt præſcriptum, debet proponi exceptio. per illum tex. in verbo. præſcriptione poterat ſummoueri. Et dicit Bal. in. l. ſi. ad ſi. C.

ad ſi. C. ex qui. cau. maio. qꝺ licet præſcribens ſit tutus pleniſsima ſecuritate. l. omnes. C. de præſcri. xxx. ann. tamen ciuilis & naturalis obligatio non tollitur ipſo iure. Idem gl. quæ incipit. ſed cũ perſonalis in. l. cũ notiſsimi. in pti. n. C. de præſcri. xxx. ann. & ibi Ang. iiij. col. Et dicit Bart. in d. l. ſi. C. ex qui. cau. maio. qꝺ licet obligatio tollat ipſo iure: tñ contra agentem opus eſt exceptione. quia remanſit naturalis licet inutilis. alle. gl. ij. in. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de ac. & obl. quã etiam ſequitur Abb. in rubrica §. e. pe. col. Et dicit Bal. in. l. ſi. xiij. op. C. de edic. diui. adri. tol. qꝺ præſcriptio etiã longiſsima nõ remouet actionẽ ab obligatione ipſo iure: quia nihil fit ſolo tempore in eo in quo neceſſaria ſit hominis operatio. & qꝺ nõ eſt cauſa entis, nõ põt eſſe cã priuationis. Supple ergo tẽpus ſolũ nõ poteſt eſſe cauſa priuationis. quia nõ eſt cauſa entis. Reſpondet ad. l. ſicut. in verbo. viuendi. C. de præſcri. xxx. an. qꝺ loquitur de vita nõ reſpectu eſſe, ſed reſpectu officij, ſicut mortuus dicitur membrum qđ non habet ſuum naturale officium. Item quia nulla exceptio tollit actionem ipſo iure: ſed ꝑſcriptio eſt exceptio. ergo &c. & dicit Bal. in. l. j. C. ſi aduer. deli. per illum tex. in verbo. ineffica. cem. qꝺ præſcriptio nõ tollit actionem ipſo iure: ſed ſolũ eius effectum reddẽdo cã ineffica. Idem Bar. in. l. legaui. ff. de libe. leg. & in. l. ſi is cui. §. Flaui⁹. ff. de ſolutio. & hoc mo a do dicto prorſus[a] poſita hîc importat quo ad efficaciã. quia ipſo iure tollit effectum. Aliàs enim ſolet importare ipſo iure: vt per But. in. c. ſuper literis. in iij. col. de reſcri. ¶ † Ståtibus iſtis importabit dictũ Abb. hoc qꝺ ſicut 3 iudex põt repellere illũ cui nulla competit actio: ita illum cui competit, ſed ineffica. Per quod amplia gl. in. l. vbi pactũ. C. de tranſa. per quã dixit Bar. in. l. poſt legatũ. iij. col. ff. de his qui. vt indꝺ. qꝺ ſi probatio impugnata facit ꝓ impugnante, poteſt iudex ex officio ei inhærere. Dixi in c. capitulũ. ad fi. de reſcri. Et amplia iſta ſecundò. etiam ſi reus eſſet talis qui in iudicio nullo modo audiendus eſſet vt bannitus. Bal. & Sali. in. d. l. vbi pactum. propter gl. ibi. & per gl. quæ incipit. opponendo. in. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pac. ¶ Intellige hoc tripliciter. Primò. dũmodo apparet ius actori non competere nunc, nec in poſterum. ſecus ſi cõpetat: ſed ad tẽpus ante quod promiſit non petere. quia parte non opponente iudex eum nõ repellet. Ab. in. c. exceptionem. v. col. ver. ex quo habes. §. tit. prox. poſt Bart. in. l. exceptionem. C. de proba. ¶ Intellige ſecundò. Si iudex vult. quia non tenetur repellere. Pau. de caſt. in d. l. vbi pactum. per. l. nõ quicquid. ff. de iudꝺ. Et dicit hoc eſſe nouum. adde Spec. de offi. iudi. §. impedit. cum concor. quas dedi in. d. l. exceptionem. ¶ Intellige tertiò. dũmodo reus hoc petat à iudice. Ange. in dicta. l. vbi pactũ. per. l. iiij. §. hoc autem. ff. de dã. infect. alij contra. quia hoc concernit rectitudinem iudicij: videlicet quòd nemo ſine actione experiatur: & in talibus iudex ſupplet. ſicut qñ reijcit libellum. vt hîc per Abb. Et quando repellit procuratorem inhabilem. glo. in. c. j. in verb. abſentia. de elec. in. vj. cum cõcor. quas dixi in. c. cauſam. lo. j. de iud. ¶ De 4 clara etiam prædicta † vt non procedant in vſucapione: quia illa bene operatur effectum ipſo iure. gl. in. l. rebus. in verſi. exceptio. & ibi Bal. in fi. C. de iure do. Per ipſam eñ acquiritꝰ directum dñium: ergo cõtra quẽ eſt decurſa nulla prorſus competit actio. Ex quo fortè idem inferri poteſt in caſibus in quibus per præſcriptionem acquiritur omnino directum dominium. quod dixi in rubrica §. eo. ¶ Dum dicit Abb. tutum præſcriptione repetere ſi ſoluit. poſt Bart. in. l. ſi. rem ra. hab. licet apud creditorem remanſerit obligatio naturalis: quia eſt inefficax. glo. ij. in. l. obligationum ſerè. §. placet. ff. de act. & obliga. Et eſt ſimile quod ponit Io. and. in regula poſſeſſor. xix. col. de regu. iur. in. vj. quòd præſcriptio tollit dominium directum quo ad effectum, non quo ad dotalem eradicationem. Adde Bald. in. l. cùm quis. viij. colum. verſi. quartũ

exemplum. C. de iur. & fac. igno. vbi inter alia dicit quòd obligatio naturalis eſt eliſa ſi præſcribens vult vti commodo præſcriptionis: ſecus ſi non vult vti. alleg. l. fideiuſſor. §. fi. ff. man. vbi dicitur de fideiuſſore ad tempus, quòd ſi finito tempore ſoluit, fidem impleuit. Conſidera: quia hoc modo ſi tutus præſcriptione hoc ſcit, & ſoluit, non videtur poſſe repetere: quia ſoluens ſcienter indebitum non repetit. l. quòd quis. ff. de condi. indebi. Meritò Abb. hîc poſt Bartol. loquitur vbi ſoluit ignoranter. ideſt ignorans ſe tutum præſcriptione. Et cum verbis Bartol. latè concordat Imol. in fin. ix. colum. verſic. Item aduertẽ. e. poſt Angel. in repe. l. j. C. de iud. ¶ Limita tamen per Bar 5 tol. in. l. ſi pœnæ. ff. de condi. inde. vbi dixit † quòd licet in contractibus lapſus temporis præfixi à iure non tollat naturalem. vt eſt dictum. Tamen fallit in criminalibus vbi lex inducit totalem abſolutionem. allegat. l. ſed ſi vnus. §. ſi autem. ff. de iniu. ¶ Limita etiam quod eſt dictum de remanentia obligationis naturalis. niſi ſtatutum ipſam tollat: puta fingendo eſſe ſatisfactum, vel promiſſum de non petendo propter lapſum temporis. Bald. & Angel. in. l. bene à zenone. C. de quadri. præſcri. Quod an poſsit facere ſtatutum: vide Bald. in. c. eccleſia. in fin. de conſtitu. in. c. ſi quis per triginta. peñ. colũ. ſi de feu. fue. contro. in diſpu. inci. ſtatuto cauetur. iij. colũ. in. l. j. §. ſi initium. ff. de poſtu. Bartol. in. l. iij. in fin. ff. quòd quiſq; iur. Angel. in repe. l. j. circa medium. C. de iudi. Bartol. in. l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. Abb. in rubrica. §. eod. Et iſtis adde Bartol. in. l. ſi pupillus. ante fin. ff. de admi. tuto. vbi dicit quòd licet præſcribens ſit ſimilis ſoluenti. vt ibi: non tamen quo ad omnia. cùm præſcriptio tollat obligationem ciuilem tantùm: ſed ſolutio etiam naturalem. Sed æquiparatur ſoluenti quantùm ad hoc vt poſsit obijci ei contra quem præſcriptum eſt. quaſi facto ſuo ſim liberatus. Dicit etiam Bartol. in dicta. l. fin. ff. rem ra. habe. & ſequitur. Imol. hîc. quòd in præſcriptione conuentionali: puta quã do quis voluit ſolùm ad certum tempus obligari, tollitur naturalis & eliditur ciuilis. p. l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. Idem dicunt in præſcriptione legali, quando actio erat temporalis de ſui natura: vt actio redhibitoria, vel quan- a ¶ Prorſus. De qua dictione vide do. Ale. in. l. Imperator. de iu. fit. & d. Soz. in cõſi xxj. inci. Viſis & diligenter lectis. ver. verũ. ꝑdicta not. circa fi. in. j. parte. char. xxxvij.
to minoris. per. l. Iulianus. in princip. & quod ibi nota. ff. de act. empt. Prædicta autem procedunt in actione perpetua de ſui natura. quæ hodiè tollitur per præſcriptionem triginta vel quadraginta anno. quia remanet naturalis. vt eſt dictum. Et iſta etiam ponit But. hîc. licet non alleget Bartol. ſentit hoc etiam Imo. quòd parui effectus eſt iſta remanentia obligationis naturalis, ex quo eſt ineffica: & ideò non induceret compenſationem: nec etiam 6 poſſet accedere fideiuſſor. vt hîc per eum. ¶ † Dum allegat Abb. Inno. in. c. j. de offic. vic. Pondera quòd in dicto cap. j. ille petebat vicariam. in qua petitione nulla ineptitudo narratur. Sed quia notorium erat ipſum habere perſonatum, reijcitur libellus. Ex quo infert Innocen. id quod refert hîc Abb. & quod dicit But. in. c. per tuas. de ſenten. excommu. quod notorium æquipollet expreſſo in tenore libelli. facit gloſſ. fin. in. l. qui cùm maior. §. ſi patris. ff. de ope. liber. dicens quòd iudex ſupplet pro reo vbi calumnia actoris eſt euidens. Idem dic quãdo exceptio eſt inepta notoriè, etiam ſi ineptitudo colligatur aliunde. Abb. in. c. cum inter. in fi. de conſue. Multas alias concor. deciſiones ad dictum Inn. vbi §. dixi. in. c. cum ordinem. xiiij. colum. verſi. ij. declaratio. de reſcrip. ponendo reſponſionem ad glo. quæ videtur obſtare in clem. appellanti. in verbo alias. de appel. ¶ Fortius obſt. text. in. c. debitores. de iureiu. Cui dupliciter reſpondet Cardi. ibi penul. colũ. Primò. quòd libellus non petebat ibi expreſsè vſuras: & erat iuratum ſuper vſuris non expreſsè, ſed in effectu. Et ſubdit nunquàm audiuiſti hoc. Tamen Bal. dicit idẽ in. c. i. ij. col. de iureiuran. Scdò ſoluit qꝺ ideò admittitur ibi libellus ſuper vſuris: qa ex parte iurantis nõ

eſt peccatum & cogitur ſoluere:ergo ibi eſt caſus mirabilis ſcdm eũ:in quo libellus continens expreſſam iniquitatem agẽtis nõ reijcitur incontinẽti:& hoc eſt propter facilitatẽ reine incurrat piuriũ. Qd perpetuò nota ſcdm eũ.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Solutio decimarum,an & quando tollatur conſuetudine,vel præſcriptione?*
2 *Tempus longum,cuius initij nõ exiſtit memoria,licet operetur idem quod priuilegium:fallit tamen quando paſſcribens eſt incapax.*
3 *Laicus,an poſſit præſcribere decimas ſpatio tanti temporis cuius initij non exiſtit memoria?*
4 *Laicus,an poſſit præſcribere decimas contra alium laicum,qui eſt de eis inueſtitus ante conci.lateranenſe?*
5 *Laici contendentes de decimis ante concilium habitis,poſſunt inter ſe tranſigere.*
6 *Papa,an poſſit per priuilegium concedere laico capacitatẽ ſpiritualium?*
7 *Laicus,an poſſit acquirere ius patronatus per præſcriptionẽ? Literæ apoſtolicæ nõ derogant patronis eccleſiæ laicis. poſtnu.7.per vnam colum.*
8 *Præſcribens vniuerſitatem bonorum,an præſcribat ius patronatus eis immixtum?*
9 *Conuerſi,an poſſint præſcribere iura ſpiritualia?*
10 *Poſſidens ciuiliter,an poſſit dici detinere?*
11 *Mentio vbi fit de poſſidente,an intelligatur de poſſidente naturaliter?*
12 *Teſtis ſi deponit de poſſeſſione:intelligitur loqui rudi modo de poſſeſſione facti?*
13 *Petens domum,& probans per teſtes ſe habitaſſe in ea,an dicatur præſumptiuè probaſſe poſſeſſionem?*
14 *Laici,an & quanto tẽpore poſſint præſcribere quod habeant candelas de cera in die purificationis gloriosæ virginis Mariæ?*
15 *Iudex ſecularis,an poſſit cognoſcere de cauſa decimarum.*
16 *Filiusfamilias poteſt agere pro decimis habitis ante concilium lateranen.non obſtante patria poteſtate.*

¶ CAP. VII.

a ¶ Quòd priuilegiũ. An & qñ vera præſcriptio tãti temporis cuius cõtrarium memoria nõ exiſtat: habeat vim priuilegij,vide pulchrè per.d.Sozi.in cõſi.cclx.ĩci.In cauſa namitẽſis,ver. omitto poſtremò ibi.nec obſt.in.ij. parte.char.clxiij.

CAuſam. ¶ Præmitte q̃ hĩc agitur de præſcriptione decimarum acquiſitiuè:hoc eſt an laicus poſsit acquirere decimas,ita vt ſoluantur ſibi,& non eccleſiæ. Si autem † quæritur.an poſſit ſpatio temporis acquirere libertatem à ſolutione decimarum conſuetudine,vel præſcriptione:iſtud eſt dubiũ valde magnũ.de quo nihil tãgitur hĩc.vide melius quàm alibi.Hoſtien.in ſumma.de deci.§.& vtrum præſcribi poſſit.verſi.vij.quæritur. But.& Imo.latè in .c. ſtatuimus. ad fi.de tranſ. But.in.c.parochianos.de deci.glo.ij.& Domi.in.c.ij.de deci.in.vj.Imo.& Abb.in rubri.de deci. Archid.in.c.maiores.xvj.qõ.vij.Bald.in conſi. conſtitutio epiſcopi.Raymundus in ſumma de deci.§.Item quæritur. Tho.pulchrè ſecunda ſecundæ.q.lxxxvij.arti.j.Io.de lig. in.c.à nobis.de deci.But.& Abb.in.c.in aliquibus.eo.tit. Pet.de ancha.conſi.cxcij.magnificè & illuſtris princeps ij.col.& licet multæ ſint varietates,maximè cum aliqui dicant valere conſuetudinem ſuper quota:ſed non ſuper tota:quod etiam diſplicet.Hoſtien.vbi.§.tamen ſoleo reſpondere ex verbis Nico.de oſmo in ſupplemento piſanellæ.in verbo.decimæ.lo.j.ver.quid de illis.vbi dicit ſe putare quòd in decimis quæ non ſunt de iure diuino,vt perſonales:conſuetudo excuſet. dummodo rationabilis. per.c.fi.de conſue. Sed in his quæ ſunt de iure diuino,vt prædiales.nulla conſuetudo excuſat. Adde quòd nec excuſat tolerantia Papæ.Pet.de ancha.d.conſi.Dixi in.c.j. vij.col.de treu.& pa.Clerici tamen habentes terras conſuetas ſoluere decimas,poſſunt præſcribere vt non ſoluant.glo.ſi.in fi.d.c.in aliquibus.& glo.in.c.quia cognouimus.x.q.iij.Domi.in.d.c.ij.§.ſi.per illum tex.in ver.ſpe
2 ciali.facit.c.de quarta.&.c.ad aures.§.eo. ¶ † Signa theoricam Ioan.mo.in.c.ij.de pri.in.vj.quòd licet ſpatium tãti temporis cuius initij &c.operetur idem quòd priuile-
a giumª.c.ſuper quibuſdam.de verbo.ſignifi. Tamen fallit quando præſcribens eſt incapax. Et ſequitur Abb.hĩc.& in.c.quanto.j.notabili.de conſue.&.§.c.proxi.& in.c.nouit.col.xij.de iud.But.in.c.peruenit.vj.col.de cenſi.Bal. in.l.omnes.in fi.C.de præſcrip.xxx.anno.Domi.in.c.catholica.xj.diſtin.& in dicto.c.ij.col.v.Abb.& Ana.in.c. ad hoc.de ſimo.Car.egregiè conſi.lviij. propoſita quæſtio.& Archid.Epiſcopus ſpalatẽ. conſi.xxvij. Mutius quidam.Et fortè eſt glo.de hoc non vſitata in.c.nobis.in verſi.iuriſditione.in fi.de iurepa.& in.c. quod ſicut. in verbo impedire.& ibi Abb.de elec.quæ tamen gl.loquũtur in conſuetudine.& dicit Car.conſi.lxxxix.capitulum ciuitatem ſe.q̃ licet eccleſia p̃ſcribat alienas decimas cũ titulo,vel ſolo tempore cuius initij &c.nõ tñ laicus.quia illud tempus nõ poteſt eũ facere capacẽ. ¶ Limita dupli-
3 citer. Primò. † niſi cum poſſeſsione tanti temporis cõcurrat fama priuilegij:quia ꝓpter difficultatem probãdi rẽ adeò antiquam ne pereat ius partis,præſumitur ꝓ priuilegio:& nõ dicas q̃ ſolum tempus hoc inducat:ſed p̃ſumptio priuilegij ꝓbata diuturnitate famæ.vt clarè ſentit Imo. poſt Bal.& Car.in.c.cũ apoſtolica.ix.col.verſi.nec obſtat prædictis.de his quæ ſi.à præla.& Car.hĩc.Do.in c.ij.§.ſanè.de deci.in.vj.& Car.in quadã ſua ſubſcriptione facta ad conſilium zilioli de cauitellis qđ incipit.cum lis & quæſtio.& eſt impreſſum poſt conſi.Pet.de ancha. Bene facit deciſio Io.an.in regula qui cõtra.in fi.ĩ mercu. vbi vult q̃ licet nullo ſpatio temporis poſsit induci vnio eccleſiarum.Hoſt.in.c.qñ.de vi.& ho.cleri.& in ſumma de ſup.neg.prælat.j.col. Tamen ſi probatur quòd eccleſiæ fuerunt diu poſſeſſæ vt vnitæ.eſt probata vnio præſumptiuè.allegat quæ dixi in.c.apoſtolica.& idẽ no. pulchrè.Oldr.conſi.ccxcvj.de iure domini Guillelmonij.& Cardi.in cle.j.in prin.xx.q.de ſup.ne.præ.Abb.in.c.cura. in prin.de iurepa.gl.in cle.j.in verb.ad menſam.de exceſ. præla.& Pe.de ancha.conſi.clvij.in.q.eccleſiæ.in fin.cum ſimilibus. ¶ Limita ſecundò prædicta & iſtam decretalem. † niſi ſint decimæ de quibus laicus eſt inueſtitus ante
4 concilium,de quo in gl.nam alius laicus poteſt eas contra ipſum præſcribere.quia cùm ille inueſtitus poſsit de eis paſciſci,pót etiam ius earum præſcriptione communi amittere. Ita ſentit Car.cõſi.cxlvj.incipiente.notũ ſit vniuerſis. Quod alibi nõ legi. Et videtur mirum quòd capacitas inducta in illo ſit in alium tranſmiſsibilis. contra.c. petiſti.vij.q.j.&.c.ſanè.de priuile. Niſi dicas q̃ ſpiritualitas annexa rei erat ante concilium apta cadere in laicum ex conceſsione epiſcopi. Ideò etiam poſt concilium retinet illam aptitudinem,non ſolùm ipſo primitus inueſtito,ſed etiam in alio.ar.l.pater filium.§.quindecim.de leg. iij.& ſic ſaluetur dictum Car. Cui etiam non obſt. quod no. Abb.in diſputatione quæ incipit. Augerio.ix.col.dicens quòd contra regem priuilegiatum ſuper collatione beneficiorum alius rex nõ poſſet præſcribere.per.d.c.petiſti.vij.qõ. j.vnde priuilegium faciens vnum capacem, facit illum ſolum.quia reſpondetur quòd conceſsio decimarum facta ante concilium non erat facta incapaci: ſuperuenit enim incapacitas ex diſpoſitione concilij. Facit etiam ad hæc quod notat Cardi.in.c. ij.de feu.dicens ſe conſuluiſſe quòd prohibitio dicti cõcilij nõ obſtat Epiſcopo volenti concedere laico feudum decimarum quòd erat in manibus laici:& nũc eſt ad ipſum reuerſum:quia nõ dicitur infeudare de nouo,ex quo feudũ eſt reuerſum ad eccleſiam.vt ibi. Et hoc ſentit gl.ij.in.c. prohibemus. de deci. Et ita communiter practicatur per Imo. in dicto c.ij.pe.col. licet Io.an.velit contrariũ in.d.c.prohibem⁹. Pro quo facit à ſpeciali.d.c.cũ apoſtolica.permittẽs feudum decimale

dum decimale poſſe cõcedi à laico eccleſiæ cum conſenſu Epi: quaſi ſecus ſi cõceditur alteri laico: & hoc verius & tutius.ſcdm Imol.cũ quo cõcordat Abb.in.d.c.prohibemus.in fi. Et in hac limitatione cõſidera.q̃ ſi decimæ ſunt ſimpliciter conceſſæ laico: & ſucceſſoribus ante concilium,procedet dictum Card.per rationem ſuã.ſed ſi eſſet cõceſſum feudũ decimarum laico & deſcẽdentibus ex eo vſq; ad certũ tẽpus.forte dictũ Car.non ꝓcederet.cũ eſſet eius ratio ex quo ille nõ poteſt hoc feudũ alienare. & ſic nec pati præſcriptionẽ quæ eſt ſpecies alienationis.l.alienationis.ff.de ver.ſigni. Et militat ratio quã in ſimili ponit Ab.in.d.c.prohibemus.videlicet q̃ eccl̃ia efficeretur deterioris cõditionis ꝓpter acquiſitionẽ noui feudatarij fortè diutius duraturi. Et circa prędicta,an & qñ id qđ eſt quæſibile priuilegio,ſit quęſibile præſcriptione vel conſuetudine:dixi poſt Abbatẽ in.c.accedẽtes ĵ.eo. Demũ ad prędictã limitationẽ facit quod notat Pet.de ancha.cõſi. xxxiij. In hac cauſa. Lud.in.iij.col.verſi.ſed tunc dices.vbi
5 vult q̃ licet in ſpiritualibus nõ tranſigatur.c.ſuper eo.de transla.licet cõponatur.c.niſi eſſent.de præb. † ¶ Tñ laici cõtendentes de decimis ante cõcilium habitis poſſunt inter ſe tranſigere. De quo etiã p Ana.in.c.poſt miſerabilẽ. in fi.de vſu. Et ſi hoc dictum eſt verũ.dubito de eo qđ dixit Car.conſi.xciij. Nobiles viri.pe.col.vbi ſingulariter dixit q̃ ſuper dictis decimis conceſsis laicis ante conciliũ non poteſt per laicos fieri compromiſſum in laicum.per cap.contingit.de arbi.& per id quod notat Rota de iud. ij.in nouis.& de deci.ij.in antiquis.dicens quòd minor poteſt eſſe in iudicio in hac materia ſine conſenſu patris per c.ſi annum.in verſi.deponentibus ex eiſdem.de iud.in.vj. vnde conſiderans hæc vltima verba per quæ patet huiuſmodi decimas non amittere dependentiam quam habẽt à ſpiritualibus:puto pro nunc rem eſſe dubiam:& facilè poſſe impugnari hanc ſecundam limitationem & conſilium Pe.de anch.proximè adductum.maximè propter authoritatem Rotæ & Car.in.d.conſi.xciiij.qui ſentiunt durare laicorum incapacitatem etiam in decimis ante conſilium conceſsis:& eatenus eos tolerari quatenus iuri communi vel ſpeciali habilitati ſunt.vnde nolunt quòd ſuper his compromittant.& ſic etiam volunt q̃ ſuper his poſſit minor eſſe in iudicio.propter quod videtur quòd etiã in præſcriptione duret inhabilitas in nõ priuilegiato. Cogita:quia moderni non laborauerunt in hoc nouo & ele-
6 ganti puncto. ¶ † Dum dicit Ab.priuilegium Papę poſſe concedere laico capacitatem ſpiritualium. Adde glo.in.c. imperium.x.diſtinct.&.xxv.qõ.vij.in ſum.in fi.Io.and.in Spec.de legato.§.nunc tractemus.verſi.ſed nunquid legatus.Inno.in.c.quòd ſicut.in gl.Epiſcoporum.de elec.But. poſt Ioan.an.in.c.nobis.pe.colum.de iure patro.Io.an.in Specu.de præben.§.pe. glo.in.c.laicis.xvj.q.vij.Bald.in.l. reſcripta.pe.col.C.de preci.impera.offe.Pe.de ancha. in clemen.per literas.de præben.But.in.c.maſſana.de elec. in.c.dilecto.circa ptin.de teſti.in.c.in noſtra. de reſcri.in c.quanto.de iud.c.prætereà.lo.j.de iure patro.Abb.in.c. dilectus.de offi.leg.Imo.in.c.quòd in dubijs.primo no.& vl.col.de renun.& in.c.ad ſupplicationem.iiij.no.eo.tit. & in clemen.j.ſuper verbo præſenti.de conceſ. præben. & in.c.dilectus.lo.iij.ij.col.de præben.& Abb.in rubrica.
7 de iud.iij.col.& Car.dicto conſil.cxcix. ¶ † Dum tangit Abb.quòd laicus non acquirit ius patronatus per præſcri
a ptionem.ª vide ſemper Archid.in.c.hortamur.lxxj.diſt. vbi poſt maximũ examen idẽ tenet. Et licet contra ipſum inſurgat vehementer Io.an.in regula quòd alicui.in mer. Tamen opi.Arch.defendit Ab.accutiſsimè in.d.diſputatione inci.Augerio.ix.col.ver.ex his ſequor.& in.c.querelam.iiij.colũ.de elect. Quia in exorbitantibus poteſtas ſpecialiter & limitatè conceſſa non extenditur.c.quo ad. de offi.deleg. Et quia de ſpectantibus ad clericos hoc ſolùm poſſunt laici quod de iure cauetur. Inno.in.c.quanto.de conſue.glo.xxiiij.quæſt.j.c.finali. Item quia laicus non patronus non eſt huius iuris capax. Et non poteſt illud ſine peccato detinere vel poſsidere:ergo nec præſcribere.per iſtum textum:& huic rationi dicit non videri reſponſum. Non dicas.competẽtia alicui petenti ex priuilegio ſunt præſcriptibilia.c.accedentibus.&.c.ſi de terra. de priuileg.infrà eo.c.veniens. quia illa loquuntur in conceſsis per priuilegium:quæ tamen ſunt poſſedibilia per præſcribentem. nos loquimur in non poſſedibilibus de iure communi per laicos. Aliàs ſequeretur quòd contra rem priuilegiatam ſuper collatione beneficiorum alius præſcribere poſſet:quod nemo concederet. Nec obſtat quòd ius patronatus tranſeat cum vniuerſitate.c,ex literis.de iure patronatus.ergo acquiritur aliter quàm fundatione. quia ſi non tranſiret ad hæredes,pauci vellent dotare eccleſias. Et dato quòd tranſeat ad extraneos; illud eſt a
iure acceſſorij.facit.c.ſuper eo.de præben.in.vj. ſecundùm Abbatem.qui idem repetit.j.volu.conſi.lv. caſus ſuper quo conſilium.ad finem.ſubdens quòd datò quòd opinio Ioan.and.eſſet vera,debet eſſe præſcriptio tanti temporis cuius initij &c. Nihilominus Abbas.ij.volu.conſil. lxxvj.plura ſunt examinanda. Sequitur opi. Io.and.dicens quòd quicquid diſputatiuè allegari poſſet, ſeruaretur in iudicando tanquam communior: maximè quando populus eſſet in poſſeſsione præſentandi ex aliqua conſuetudine. Puto ſuſtentabilem opi. Abb.in dicta diſputa. quando allegaretur ſola præſcriptio:ſed ſi allegatur titulus: & ad ipſum probandum inducitur tempus cuius initij &c. verior erit opi. Io.and. Non ex eo quia præſcribendo acquiratur:ſed quia ex tali tempore præſumitur titulus. Et ita decidit Fede.conſi.ccxxiiij. ſuper primo puncto. & Car.in cle.ij.in.v.q.de iure pat.niſi probaretur eccleſiam ab initio fuiſſe liberam. ſecundùm eum quod no. Neq; puto neceſſarium probare famam tituli. ſicut dictum eſt.§. in ſimili de inueſtito de decimis. ante conci. Quia cum in iſta materia laicus ſit capax per titulum ex fundatione acquiſitum,ſufficiet probare titulum præſumptiuè. ſed in caſu de quo loquuntur Doct.in dicto.c.cum apoſtolica.allegatio tanti temporis cuius initij &c. non poteſt probare duo:videlicet titulum:& quòd ille titulus præceſſerit concilium:ideò de illa præceſsione requiritur fama.vt expreſsè per Inno.ibi.bene facit pro his id quod dixi in.c.de quarta.ad fi.ver.fallit.ij.ſuprà eo.dicendo quòd licet ſeruitutes non habentes cauſam continuam non acquirantur præſcriptione communi,ſed ſolùm ſpatio temporis cuius initij &c. Tamen ſi quis ſe fundat non in præſcriptione ſed ex titulo aliquo allegato,& ad probationẽ tituli oſtendit ſe vſum dicta ſeruitute per longum tempus ſcilicet. x.an. hoc ſufficit ad probationem tituli. Facit etiam quod dictum eſt.§. de probatione vnionis. in verſi. limita dupliciter.& pulchrè ponit Signorellus de homodeis.conſil.cxxviij.in.q.ſeu quæſtionibus.iij.colũ. oſtendens quòd conceſsio principis de imponẽdis vectigalibus poteſt probari per impoſitiones continuatas ſpatio tanti temporis cuius initij non eſt memoria. Sed aduerte.quia oportet quòd allegans titulum,& probans ipſum ex præſumptione temporis,oſtendat quòd actus fuit per ipſum factus ex illo titulo,& ex illa cauſa quam nunc allegat. l. ad ꝓbationẽ.&.l.neq; natales. C.de ꝓba. ſecũdũ Sal.ĩ.l.ſi certis annis.ver.quęro dicit q̃ decẽnalis.& clari⁹ in vlt.q. C.de pac.& in.l.cũ de in rẽ verſo.in.j.&.iiij.q.ff.de vſu. vbi dicit hãc ꝓbationẽ eſſe difficilẽ. Et ideo ĩ ꝓpoſito debet iſte qui allegat titulũ patronat⁹ ꝓbare q̃ pñtauerit ex illo titulo.ſecũdũ Ale.cõſi.mihi.dlvij.viſis & põderatis narratis ĩ themate.& his q̃ copioſè ſcripta ſunt &c.& cõſ. cxiij.cũ ſup primo debito. De quo dubito:quia p̃dicti lo. quũtur qn ad ꝓbationẽ p̃ſumptiuã ti. allegaſ præſcriptio cõis.vnde gl.in.l.ſeruitutes ruſticorũ prędiorum.in verb. certam.in fine.ff.de ſerui.& prędicti loquuntur de præ-

¶ Per præſcriptionem. Adde do. Alex. de Imo. in conſi. lviij. iiij. parte. & in. conſi. præcedenti.

ſcriptione decem annorum. vt etiam per Alexā. in.d.l.ſi certis. in fi. & in cōſi. ccxlix. In cauſa & lite. ad finē. Sed in propoſito agitur de tēpore cuius initij &c. q̄d habet vim tituli, ex quo probat ipſum præſumptiuè. Vnde nō videtur neceſſe probare q̄ actus fuerint facti ſemper ex cauſa tituli: nam titulo allegato hoc p̄ſumitur. vt no. Abb. poſt alios in. c. peruenit. ij. col. ver. j. caſu. de cēſi. & do. i. c. quia cognouimus. ad fi. x. q. iij. & Pet. de anch. cōſi. mihi. xxv. dubitari ſolet. & inuſtu alij. Nec obſtat dictū doctorū in d. c. cùm apoſtolica. Quia (vt dixi ſuprà) tēpus longiſsimū probat in caſu illo titulū, ſed non probat titulū præceſsiſ ſe cōciliū. Ideò requiritur fama præceſsionis. Non nego quin cautum eſſet capitulare de fama tituli vel fundationis. Deinde probare p̄ſentationes dicto tēpore cōtinuatas, & eſſet .pbatū ius patronatus ſufficienter. Et aduerte: quia per p̄dicta videtur q̄ per literas Papæ nō derogatur patronis quī .pbant patronatū modo p̄dicto. Nam eodē mō retraherent laici à fundatione in caſu iſto. in quo præiudicatur patronis, quos non fecit patronos p̄ſcriptio ſed fundatio. & .pcederet opi. Imo. in. c. dilectus. de offi. leg. & ita firmat Alex. conſil. præallegato. Eſt verum q̄ tenendo opinionē Io. an. q̄ p̄ſcriptione acquiri poſſet ius patronatus, nō eſſet tūc neceſſaria eius mentio: qa derogando talibus patronis cæteri nō retrahuntur. Fed. cōſi. lxv. infraſcriptæ quæſtiones. Car. cōſi. lxxj. vacante ſecūdo dubio. Dixi oportunè in quæſtione mea de iure patronatus. in vl. col. vbi vide. Conſidera etiam circa prædicta. q̄ priuilegiū datum laicis ſuper iure patronat⁹, eſt in corpore iuris inſertum: ideò interpretandū vt ius cōmune. gl. in verbo de cætero circa medium in procemio cle. Domi. in. c. ignorantia. xxxvij. diſt. dixi in. c. cū ordinem. ad fin. de reſcri. Tamen eſt ius exorbitās: ergo nō extendendū. ¶ Oritur tamen dubitatio noua. † Vtrum præſcribens vniuerſitatem bonorū, p̄ſcribat etiā ius patronatus eis immixtū & videtur q̄ ſic. quia vbi non datur capacitas iuris patronatus titulo ſingulari: datur tamen titulo vniuerſali. c. ex literis. de iure patro. Vnde in venditione omnium bonorum tranſit tacitè ius patronatus. vt per Ioan. an. in. c. j. de iure patro. in. vj. Vnde eo modo quo eſt tacitè alienabile, eodem videtur per præſcriptionem tacitè amiſsibile: & poſſe alteri acquiri. Tamen hoc nō affirmo vniuerſaliter: quia obſtare videtur ratio Abb. in dicta diſputa. q̄ nō poteſt poſsideri de iure: ergo nec præſcribi. & quia iſte modus acquirendi patronatum, ſolo tēpore nō eſt à iure inuētus. ¶ Et ſi dicis ſicut vniuerſitas bonorum poſsidetur à p̄ſcribente; ita ſub ipſa generali poſſeſsione dicitur poſſideri ius patronatus. Reſpondetur quòd aſſumptum eſt dubium. Nam ius patronatus non acquiritur à laico cum vniuerſitate bonorum, niſi per titulum per quem ſine traditione omnia bona tranſeunt. Puta ex titulo vniuerſali per hæreditatem, vel bonorum poſſeſsionem: quia tunc quo ad dominium non eſſet neceſſe fieri traditionem ſingularium rerum. Sed vbi donatur vel venditur hæreditas, dominium cuiuslibet rei non tranſit in donatarium vel emptorem rerum ſingularium ſine traditione ſpeciali cuiuslibet rei: vt habetur in. l. traditionibus. C. de pactis. Vnde ſi dico. vendo tibi omnia bona mea: tunc vniuerſale reſoluitur in ſingulare. ac ſi dicerem: vendo tibi

do ſimplici vel puro. alī. ad idē. c. ij. §. j. de deci. in. vj. Et ió vult Io. an. in. d. additione. ꝙ ſi eſt ſtatutū in eccłia quòd Eps poſsit teſtari de reditibus vſq; ad. c. florenos: & ille Epiſcopus impetrauit à Papa quòd poſſet teſtari de reditibus eccleſiæ vſq; ad ſummam ducentorum florenorum. fuit determinatum quòd talis impetratio non obſtante taciturnitate dicti ſtatuti valeret. ſed dicit Io. and. quòd illa determinatio ſibi non placet. quia ſi Papa ſciuiſſet ſtatutum cum dicto moderamine, non ita de facili conceſſiſſet priuilegium contra dictam limitationem. vide etiam Io. and. in addi. Spec. in rubri. de cle. non reſi. in ſecunda colum. vbi dicit quòd ſi Titio fuit gratioſè cōceſſum per Papam vt per quinquennium reciperet fructus ſuæ præbendæ in abſentia: ſi pendente hoc primo b ¶ Excommunicat. ſed quid ſi dicat aliās te noueris excōicatum. an contineat ſententiā excōicationis. die quòd nō. ita Bal. in additi. ad Spec. in titu. de cita. in. iij. col. in fi. ver. clauſula alioquin.
quinquennio ipſe impetrauit ſecundam gratiam alterius quinquennij. iſta ſecunda gratia eſt ſubreptitia, ſi in ea non fit mentio de prima pendente vel finita. vt ibi not. per eum. facit quod no. Doct. poſt Ioan. and. in capitu. ij. in prima colum. de fil. præsby. in. vj. Et vltra ea quæ in hoc dixi. in capi. primo. v. colum. verſi. limita. ij. de reſcri. Guſta dictum Innocen. & text. hīc efficacius: videlicet quòd not. ibi procedunt in priuilegio emanante ad dero, gationem priuilegij alieni. quo caſu ſecundum ſpeciale, non tenetur regulariter facere mentionem de primo generali. exceptis caſibus quos ibi ordinaui. Dictum autem Inno. hīc loquitur in priuilegiato impetrante ſecundum priuilegium. quo caſu ſi ſecundum eſt diuerſum à primo, aut illi omnino conforme, aut quaſi illius executiuum: clarum eſt quòd non eſt neceſſaria eius mentio. hoc autē limitatur egregiē. niſi primum priuilegium haberet aliquam limitationem vel moderationem conformē iuri communi, aut conſeruantem ius alterius in parte. quia ſi fit impetratio ſecundi priuilegij ab eodem, non ſolùm eſt neceſſe facere mentionem primi, ſed etiam de illa moderatione in eo cōtenta. quia ſi princeps ſciret à ſe vel ab alio eādē materiā fuiſſe cōceſſam limitatè: nō ita facilè concederet eā indefinitè & ſine illa moderatiōe ſcdm Inn. hīc ꝑ iſtū tex. ¶ Et iſtud extollūt hīc oēs & Do. in .c. q̄n. xviij. diſt. & Pe. de anch. ī repe. c. ſi pp. xj. col. ver. ij. ꝑbat. de reſcri. in. vj. & Imo. in. d. c. j. ix. col. ver. Itē aduerte q̄ ſuperius. de reſcri. ¶ Et ꝑ meliori guſtu huī dicti. ſcias ꝑ ipm prīcipalr fuiſſe pridie cōſultū ī facto arduo. ꝙ ſi aliq; fuit legitimatus itavt ſuccedat patri in ea ꝑtiōe quā pater ei

relinquet & non aliter. quę potius est dispensatio. Lud. in l. qui superstitis. ff. de acqui. hære. Pau. de ca. & Alex. in l. adoptiuum. §. patronum. ff. de in ius vocan. & in l. pactũ. C. de colla. Ant. rosellus in tractatu legitimationis. fo. xxxix. ver. vlterius est videndum. Cepola cautela. clvij. quæ incip. cautela est quam sæpe dedi. & Alexan. consi. mihi. ccccxiiij. iuxta ea quæ aliàs cũ cõcor. istorum. Certè si postea impetratur legitimatio indefinita de totali successione non facta mentione primę legitimationis concessæ limitatè: nõ valet secunda impetratio. quia difficilius fuisset obtenta, si princeps intellexisset moderationem aliàs in casu illo adhibitam: per istud dictum Inn. cum quo milies honoraberis. Et hoc exemplum intelligerem. quando illa moderatio fuit apposita in prima limitatione motu proprio principis. Sed si ipse pater ita limitatè petijsset vt minus noceret venientibus ab intestato, dubitarem magis vtrum in secunda ligitimatione esset necessaria mentio primæ. & si fieret ab ipso filio illegitimo, crederé idé quod fuit conclusum. Sed si ipsemet pater impetraret secundo loco legitimationem puram, fortè non esset opus facere mẽtionem de moderatione à se olim inducta. quia etiam si esset nunc nota principi, non retraheret eum à cõcedendo, ex quo nõ processit ab eo illa moderatio, sed ab illo qui poterat eam non petere. & nunc per puram petitionem ei renuntiat. tamen cogita. Et dictum Inn. hîc & prædicta limita. nisi princeps concedens simpliciter materiam aliàs exceptuatam sciret aliunde de illa exceptuatione: vt puta quia semper solet opponi. quia tacere de ipsa in impetratione simplici nihil obest. Ita egregiè probat decisio Rotę. de rescrip. decisi. xxxiij. in nouis. quam etiã ad literam ponit Pgidi. dcxcviij. extra Rotam. vbi latè cõcluditur. Quòd cum gratia expectatiua de stilo curię semper exceptuet priuatam dignitatem post pontificalem: certè si expectans impetret seorsum talem dignitatem, non licens ꝙ in gratia est exceptuata, non malè impetrat. quia Papa scit de illa exceptuatione solita semper apponi. ideo eius commemoratio nihil ĩcognitũ releuasset. & hoc bene nota. & ad dictum Inn. §. notatum optimè seruit quod decidit Io. an. in addi. Spec. super rubri. de test. in prin. dicens ꝙ stante statuto confirmato, vel facto à papa in certa ecclesia ꝙ Episcopus possit testari vsq; ad summam centum marcharũ, & non vltra. *Si* Episcopus impetrat priuilegium à papa non facta mentione statuti ꝙ possit testari vsq; ad. cc. marchas, non valet priuilegium. quia si Papa sciuisset suum statutum limitatum, verisimile est ꝙ nõ venisset contra suam limitationem. per. c. ij. §. j. de dec. in vj. licet fuerit aliter pronuntiatum, & malè. secundùm eũ Conueniunt etiam verba Io. an. in addi. Spe. in rub. de cle. non resi. in. ij. q. dum allegando etiam no. hîc. &. d. c. ij. §. j. vult valere gratiam cõcessam clerico de recipiendis quinquennio fructibus in absentia: si tacet habuisse aliàs similem gratiam pendentem, vel finitam. ¶ † Ad gl. & doc. in verbo. *intentioni*. dum dicitur ꝙ ex sola impetratione etiã vsu non secuto renuntiatur præscriptioni. Colligit Car. quòd acquirens vnum titulum sufficiẽtem ad parandum dnium, intelligitur renuntiare titulo quem primò habebat. & hoc intelligit in titulis lucratiuis. Et in hoc facit istum tex. sing. secus in onerosis. in quibus procedunt contraria. Considera bene vtrum in casu. c. post electionem. de concess. præbẽ. titulus esset ex causis lucratiuis. Et de ista multiplicatione titulorum dixi satis in. c. in nostra. iij. col. ver. titulus multiplicatur. de rescri. & in proposito vide tex. in. c. cũ personæ. §. ꝙ si tales. de priui. in. vj. Vbi dicitur ꝙ habens cõtra se ius cõe, potest vti priuilegio & præscriptione post ipsum secuta. vt illo non sufficiente seruiat præscriptio ab illo causata. Et adde ꝙ præscriptio nõ põt tũc arguere priuilegiũ limitatũ. Io. an. &. Do. ibi. vnde Episcopus Fesulanus priuilegiatus de audiendis causis Florentię in sancta Maria in campo. non posset plus præ-

a ¶ Ecclesiæ. Vide etiam ad hoc quę dixi in. c. si diligẽti. §. eo. in prin. in apostil.

scribere: quia careret titulo & priuilegium inducit in eo malam fidem super non contentis in eo. Eacit gl. vlti. ℈. c. proxi. vbi propter arbitrium præsumitur mala fides. & adde Bal. in. l. j. pe. col. C. de fur. vbi dicit ꝙ præscriptio & priuilegium non sunt contraria: quia priuilegiũ potest esse causa præscriptionis. etiam si erretur in iure. quia authoritas superioris inducit bonam fidem secundùm eum. Intellige secundùm predicta. vbi priuilegium præcedit: quia si coincidit, vel sequitur, non potest dare titulum vbi est necessarius: cũ defuerit à principio vt hîc pulchrè per Car. & ita intellige etiã Bal. in. l. solẽnibus. in fi. C. de rei vẽ. & tene mẽti ꝙ his casib⁹ quib⁹ præscriptio cepta impeditur per priuilegiũ nouiter impetratũ, pòt adhuc incidi noua præscriptio sub vmbra priuilegij habentis fortè vitium latens: vt pulchrè hîc per Abb. post alios. ¶ † Dum dicit Abb. post. gl. pe. & alios. ꝙ ad inducendam malam fidem sufficit sola impetratio priuilegij facta pendente præscriptione, etiam si non vtatur. Collige istud generaliter ꝙ vbicunq; notatur actus impetrandi ad finem cognoscendi animum alicuius, non requiritur vsus, sed sufficit impetratio: quod nota ad multa: maximè ad ea que reduxi in c. ex tenore. j. col. de rescri. ponendo quando sola impetratio sine vsu puniatur. Et illa dicta procedunt. vbi lex punit impetrationem prosecutam ex eius vsu: ideo differũt à casu de quohîc. pro quo facit tex. in. l. si quis maior. i ver. vel supplicando principi. C. de transac. vbi sola supplicatio facit periurum illum qui iurauit non contrauenire. quasi ex ipsa constet de animo mutato. ¶ Dum alleg. Ab. dictum Inn. in. c. accedentibus. de priui. vbi dicit ꝙ vnus solus de collegio potest contradicere alijs volentibus tollere consuetas constitutiones vel priuilegia. adde Abb. in c. j. ix. col. de do. & contu. & in. c. dilecti. j. not. de fo. cõpe. &. c. pro illorum. de præbẽ. & in. c. cùm omnes. iiij. col. & in. c. cum accessissent. j. col. de consti. & Lud. in rub. de arbi. xvij. col. & consi. ccclij. v. col. & Inn. in. c. fi. de maio. & obe. Licet aliud dixerit Bal. in. l. fi. C. de auto. prestan. vt sa tis scripsi. in. d. c. cùm omnes. xvij. colum. versi. fallit. ij. ¶ † Dum dicit Abb. pulchrè & vtiliter quòd factum solius prælati nocet ecclesiæ vbi res redit ad ius commune. per text. hîc. & in. c. j. de pac. in. vj. Adde domi. meum de Are. in rubri. ff. de verb. obli. ij. colum. versi. v. adde. vbi pulchrè inducit ista iura ad validitatem donationis factæ per Constantinum Romanæ ecclesiæ. [a] tetigi in. c. solitæ. in fi. de maio. & obe. Dixit etiam Butrig. in capitulo. statuimus. prima colum. de transac. quòd vbi agitur de re cuperando iure deperdito quod competit ecclesiæ de iure communi, valet transactio prælati: etiam sine authoritate superioris. per. d. c. j. vbi est tex. sing. secundũ eũ & sequitur Do. in. d. c. statuimus. post prin. qa res de facili reuertitur &c. c. ab exordio. xxxv. dist. & qa acquisita de iure speciali, vt per priuilegiũ, facilius perdunt. cùm q̃lib⁹ per vnicũ actũ renũtietur priuilegio. c. cùm accessissent. de cõstitu. Facit etiã quod not. Domi. in. d. c. ab exordio. dicẽs ꝙ licet clericis ꝓmotis nõ possit superior indicere vitã asperiorẽ eis inuitis: tn̄ si per nouã reformationẽ reducuntur ad statum antiquũ, non poterunt cõtradicere. Dixi latius in. c. ad nostram. de appella. Plurima autem similia de reuersione in pristinum statum. reduxi aliàs in dicto cupitulo. cum accessissent. iiij. colum. ¶ Et considera quòd in casu. d. j. de pact. in. vj. pactum rectoris non factũ solẽniter. i. sine authoritate superioris valet: qa per ipsum res reuertitur ad ius cõmune, & ad pristinum statũ pro ecclesia in fauorẽ rectoris facientis pactũ. Sed in casu c. fi. eo. titu. & li. reuersio ad ius cõe non erat in fauorem illius qui non seruabat solennitatem aliàs necessariam: valet requisitionis consensus superioris: imò erat sibi præiudicialis. sed erat in vtilitatem illius ecclesiæ cum qua fiebat actus. & reponebatur quòd ad materiam subiectam ad pristinos terminos iuris communis. Vn-

de habeo

de habeo istud pro fortiori. ꝙ solus prælatus possit nocere ecclesiæ etiã enormiter in iure sibi quęsito, quãdo res redit ad ius cõmune in fauorẽ alterius ecclesiæ. & potest sustineri ex ratione prædicta: quia lex fauet dictæ reuersioni. etiam si sit causata ex facto alterius prælati. vt in dictis iuri. quod perpetuò no. ¶ † Vltimò tene menti dicta Inn. hîc que omissa reassumunt Doctores. Sed præ cæteris oibus Abb. circa modũ libellãdi in ĩterdicto vtipossi. maximè qñ cõuent⁹ ab actore p̃tẽdit se ab eo spoliatũ. Et de forma ꝓnũtiãdi qñ actor ꝓbat in interdicto retinẽdę. & re⁹ ꝓbat ĩ interdicto recuperãdæ. & qa sunt dicta cõsistentia in subtilitate iuris, sufficere puto ea declarasse in voce absq; alia additione. Tetigi aliqua in. c. licet causam. in. x. not. de proba. ponendo quatuor causas, ex quibus in hoc interdicto potest vnius parari victoria. & quid sit pro bandum in ipso. & posui in. xij. no. quot modis possit quis dici turbari in possessione. Multa etiam possent trahi ex allegatis per Alex. in. l. j. ff. vti possi. in apost. Et ex dictis Bal. in disputatione. accusatus de vi turbatiua. maximè circa formam pronuntiandi. & vide Rotam de resti. spo. ix. in antiquioribus. vbi dicitur ꝙ si Abb. pro certis iuribus episcopalibus probat in interdicto retinendæ: & episcopus probat in interdicto vnde vi. data paritate probatio num ferenda est sententia pro Episcopo in interdicto vn de vi. * et nõ ꝙ p abbate in interdicto vti possi. alle. Inn. hîc.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptio non procedit cum mala fide. nec de iure canonico: neque ciuili. Et an hoc locum habeat in actionibus personalibus: & in materijs in quibus non cadit possessio?*
2 *Actio vbi sui natura est data tẽporalis à lege in meram pœnã: vt duplum & quadruplum in actione furti: illa tollitur finito tempore. etiam sciente debitore.*
3 *Præscriptio valet ex parte debitoris scientis se esse debitorem dummodo careat culpa. veluti si non erat obligatus soluere. sine interpellatione.*
4 *Præscriptio valet scientis se debitorem: quando est debitor solùm ex sententia: quæ transiuit in rem iudicatam.*
5 *Præscribere potest sciens se debitorem contra actionem creditoris præscriptione statutaria abbreuiante præscriptionem iuris &c. hanc declarationem limitat. vtj. sequitur. nu. 6. & 7. & versi. limita tertiò.*
8 *Allegans præscriptionem: an teneatur allegare bonam fidem?*
9 *Dubitans, an dicatur possessor bonæ fidei?*
10 *Prælatus sciens rem alienam: qualiter debeat eam restituere?*
11 *Confessio prælati quando noceat ecclesiæ: vel non. Et ibi quid de confessione tutoris administratoris prælati super confessione solutionis. nu. 12. 13. 14.*

¶ CAP. XX.

1 QVoniam. Insistendo principaliter super illa magna dubitatione † vtrum iste tex. procedat in actionibus personalibus, & in materijs in quibus non cadit possessio: colligam plura non adducta per alios. Et primò aliquid pro opi. Hosti. & Bart. Secundò firmabo oppositum. Tertiò ad illam opi. communem ponam quatuor declarationes restrictiuas. Et in quarta occurret examinare valitudinem statuti abbreuiantis ex causa tempora legalia præscriptionum. discussa opi. Bar. in. l. omnes populi. ff. de iusti. & iur. ¶ Primò igitur pro opi. Hosti. & Bar. ꝙ iste tex. non procedat in actionibus personalibus: vide Maria. de senis consil. xxiiij. comes Duccius. in vlti. char. vbi refert se ita consuluisse cũ pluribus allegando Inn. in. c. cura. de iur. pa. in. c. quia plerique. de immu. eccle. in. c. cum ecclesia. de causa pos. Arch. in. c. placuit. ℈ pòt. xvj. q. iij. In. hîc. &. ℈. e. c. fi diligẽti. Bar. ĩ l. j. ff. de vsuca. in. l. fi. ff. quemad. ser. amit. in. l. hæc autem. ff. de ser. vrb. prdeio. in. l. ait prætor. §. is autem. ver. Itẽ ei. ff. ex qui. cau. ma. in. l. si is cui. §. Flauius. ff. de solu. in. l. legatui. ff. de libe. leg. & locis hîc per Ab. allegatis. & Bal. in dis-

putatione. Statuto' cauetur. & in. c. si quis per. xxx. si de feu. fue. contro. & in. l. nõ dubium. C. de leg. & Nellum in tractatu bannitorum. in. ij. parte secundi temporis. q. xij. & Abb. hîc. & hanc dicit esse communem opi. ¶ Pondera vtrum omnes isti concordent cum Bar. Mouetur Maria. rõne. quia prædicta præscriptio respicit odium negligentis. quo casu non consideratur bona vel mala fides. patet respectu plurimarum præscriptionum, quas non obstante mala fide canon approbat. vt in quadriennio. de quo in cle. j. de resti. in inte. & in redibitoria, & similibus. Ad istud respondeverbis Abb. hîc. in. vj. colũ. ibi. sed ego credo: videlicet ꝙ si subest dolus, vel aliud peccatum ex parte vnius, teneretur: & denuntiari potest. Pro hac parte inducitur etiam. c. quoniam. §. in alijs. vt lit. non contendic ꝙ ibi agitur de præiudicio paruo: quia purgata cõtumacia. & docto. de proprietate recuperatur possessio. Adducitur etiam. c. super quibusdam. de verbo. fig. dic ꝙ præsumitur ibi titulus. sicut. in. c. j. de præscrip. in. vj. Adducitur etiam. c. si hæredes de testa. dic ꝙ ibi agitur de paruo præiudicio. Adducitur etiam. c. quamquã. &. c. quàm sit. de elec. in. vj. dic illud esse fauore ecclesiarum: ne diu vacent. sicut in. c. ij. de consuet. præben. cum simili. Et quãuis vtraq; opinio sit sustentabilis: tantum contraria est communior: vt firmat Ang. latè in repe. l. j. vlt. colũ. C. de iudi. & in. l. sequitur. §. fi viam. ff. de vsuca. & Pe. de anch. consi. v. incipi. Pro parte. & consi. cxxxiij. Visa prædicta. & ibi dicit hanc opi. esse cõem. Idem tenet. d. Abb. consi. xlv. Domina orabilis. viij. col. dicens se ita publicè disputasse, & pluries consuluisse. & esse casum expressum in auf. vt ecclę. roma. post prin. col. ij. & est illa disputatio de qua j. in ver. ista bene staret. Idem Abb. in. c. cura. prope fi. de iure pa. & latissimè vltra omnes Lud. ro. in. d. §. si viam. & Imo. hîc. in. xvij. col. vsq; ad. xxxiiij. & quãuis aliquando dicat opi. Bar. tenendã pro constanti. tamẽ vltimatè impugnat eam funditus. Idem Bal. hîc qui reiectis certis rationibus primò factis per Bar. putat ꝙ ius ciuile possit tollere formulas actionum, non ipsam naturalem perpetuam hanc immortalem iustitiam in eius essentia. Et Papa respicit hîc solum bonum animarum: non autem rõnes quę vadũt per apices iuris secundùm eum. Idem Pet. de ancha. in. c. ij. de excep. in. vj. & ibi Domi. in. ij. col. & Alex. consi. mihi. cccxxv. Viso titulo qõnis. ad fi. dicens se sæpe ita cõsuluisse. & consi. ccccclvij. casus talis est Callimachus. vij. col. & consi. ccccclxxx. videtur prima facie dicendum dictos reos conuentos. & consi. cccxcviij. Viso processu causæ vertentis. j. col. volens ꝙ hæc opi. procedat etiam in foro seculari. ¶ Et inter alias rõnes pro ista parte duæ sunt efficacissimæ. Prima talis est. Debitor obligatus actione personali largo modo dicitur possidere. l. etiam. §. fi. ff. de pe. hęre. ibi. debitore quasi iuris possessore. Tunc sic iste tex. cõcernit animam: ergo licet correctorius extendetur ad quasi possessorem. Probatur consequentia. quia lex quãuis correctoria, etiam aliàs non extendibilis extẽditur ab identitate rõnis quando agitur de fauore animarum. Io. an. & omnes in. c. ex tenore. qui fi. fint legi. Bar. in aut. sacramenta. in. ij. col. C. fi aduer. ven. dixi in. c. translato. de consti. ¶ Secunda ratio: quia verbum *rei alienæ*. de quo hîc in tex. compræhendit etiam actiones. Barto. in. l. quintus. §. j. ff. de an. & argen. leg. & hanc rationem amplia per Imo. & Abb. hîc & Ludo. vbi. ℈. ¶ † Recipiat tamen ista com 2 munis opi. quatuor declarationes restrictiuas. & not. si veræ erunt omnes. Prima est quòd vbi actio sui natura est data temporalis à lege in meram pœnam vt duplum, vel quadruplum in actione furti, illa tollitur finito tempore: etiam sciente debitore. Abba. hîc in. v. colum. post Butrig. & hoc extollit Mate. qui etiam tenet communem opinionem. not. xxiiij. incipiente. not. quòd omnes, confirma ex his quæ latè dixi in capitu. primò. xx. colum. versic. tertius casus. de constitu. Circa gloss.

a ¶ Debitorẽ. Vide ad hoc oĩno. do. Sozi. ĩ cõsi. xxj. q. inci. Cupiẽdo primũ cõsultationis arti. in prin. vsq; ad ver. circa secũdã difficultatẽ. in ij. pre. char. lxxix.

b ¶ Qđ clericis. Vide ibidẽ oĩno Panor. cõcordãtẽ pductas opi. in. xiij. col. in versi.. Ideo dicit Io. andr.

c ¶ Statutaria. An & qñ pscriptio statutaria procedat. vide plenè p do. Sozi. cõsi. lx. incip. Ex actis gestis & actitatis. ℣. postremò. vnum nolo. ĩ pria parte. char. lxxx. & Pau. de ca. ĩ. hęc aũt. in prin. ff. de ser. vrba. pre. & in consil. cclxxxv. aliâs cclxxviij. incip. hęreditas. & adde q qñ statutum iducit pscriptionẽ cõtra nõ petẽtẽ sibi debitũ, nõ vẽdicat locũ qñ agẽs actiõe reali. ex qua nõ petit sibi debitũ, sed suũ. ĩstitu. de act. in prĩc. & ibi Bal. & ad hoc facit ibidẽ gl. Itẽ ad de si statuto ca eẽ put est A sisij. q si debitũ steterit p. x. an. nõ possit peti, nisi fuerit petitũ, & executio facta. cõtingit q j. decẽniũ fuit petitũ debitũ, &. puẽctũ ad missionẽ ex primo decreto. qriẽ an sit iterrupta pscriptio? dicit Bar. in. l. si q reipu. cã. ff. ex q. cau. maio. in vlti. col. qqñq; missio ex prio decreto fit cõtra aliquẽ q non defendit. & tũc nõ põt dici q videat petitũ per lit. cõtest. nec videat executio facta. q apparet: qa per hoc nulla pscriptio interrũpit. vt ibi in gl. & qñq; fit missio ex prio decreto. qa nõ soluit, cũ petitur executio ĩstrũ fcm formã statutorũ Italię. q vo lunt q ĩstrũ habeat executionẽ in. c. fraternitas. xij. q. ij. Secus vbi actio nõ est merè in penam: sed quia visum fuit legi sic cõuenire reipublicę. vt in actione de dolo & simili: quia si interuenit dolus ex parte alterius, tenet. vt hĩc pulchrè per Ab. ppter gl. fing. in. c. ad monere. xxxiij. q. ij. Ex qua dicit Ab. in. c. licet causam. xiij. &. xv. col. de proba. q vbi ius agendi fundatur super peccato nunquàm præscribitur. Et ex ea intulit Bal. in. l. j. xxij. col. C. qui accu. non poss. q in pœnis. spũalibus non curritpræscriptio. no. Spe. in ti. de sen. pla. §. fi. ver. & no. secũdùm canones. Cessante autem dolo bene currunt dictæ præscriptiões. vt in redibitoria, quauto minoris. & simi. vt per Host. quem Ab. hũc alle. ¶ † Secunda declaratio. Valet præscriptio ex parte debitoris scientis se esse debitorem[a]. dummodo careat culpa: puta si non erat obligatus soluere sine interpellatione. Abb. in. c. qund clericis[b] xiiij. col. de fo. compe. & in. c. ecclesia. xxvij. col. de consti. & hũc dic contrà. secundùm Imo. hũc in. xxiiij. col. quia ex quo iste sensit se debitorẽ, & vult acceptare cõmodũ liberationis ex tempore, nou videtur posse sine peccato: quia non est iustũ q talem exceptionem acquirat ex negligentia non petentis. Itẽ profuit sibi talis negligentia: quia interim vsus est pecunia debita: ideo indecens est q illa negligentia videatur germinasse hanc exceptionem. argu. l. cũ in fundo. §. si mulier. ff. de iure do. ad hoc tex. in auf. vt ecclesia romana. col. ij. qui loquens de volente præscribere actionem personalem, dicit eũ peccare ibi: maximè in his rebus. & ibi. vel quicquam debeatur. iuncta gl. que dicit. s. actione personali secundùm Imo. ¶ Pro quo considero aliud. Nam posita pro vera opi. Abb. hũc parum importat: quia statim subdit q iste volens scienter locupletari cum alieana iactura potest denuntiari in foro ecclesiæ. vt latè per eum hũc in. xj. col. ergo sequuntur duo. Primò. q est in eo peccatũ. cuius contrarium dixit Abb. expressè paulò antè ibi: concludo ergo. Secundò sequitur q habebit locum iste tex. resistẽs omni præscriptioni nutritiuæ peccati. Et ad istud de denuntiatione. vide pulchrè Pet. de anch. d. consi. v. ad fi. vbi postea infert. q si iste potest conueniri in foro ecclesiastico, multò magis poterit excludi exceptione malæfidei in foro ciuili: quia exceptiones descendentes ex æquitate canonica debet secularis iudex admittere. c. licet. de iureiur. in. vj. c. ij. de excep. eo. li. quæ oĩa signa. Et adde ea que scribit Bapti. de sancto seuerino in. l. oẽs populi. i. x. char. ff. de iusti. & iur. vbi sequitur per omnia & ordinatè dicta Abb. hũc. ¶ † Tertia declaratio. Valet prescriptio scientis se debitorem. qñ est debitor solùm ex sententia quæ transiuit in rem iudicatam. Bald. in c. si quis per triginta. si de feu. fue. contro. Ab. hũc. xiiij. co. & est clarũ in sententia iniusta. Sed idẽ si simpliciter producitur sententia: quia præsumptio quæ aliâs est pro ipsa recessit propter præscriptionem. nec potest iste denuntiri quia non probatur apertè peccatũ. satis est q potest esse iniqua. ergo non sumus certi de lucro cum aliena iactura. & acquieuisse sententiæ non induxit cõsensum naturalem. fortè victus execrabatur litem. Bart. in. l. Labeo. C. qũo & quãdo iud. dicetur post Abẽ. ti. proxi. quò ad cõsultationem. Fatetur hĩc Ab. q si probari posset iustitia sententiæ, non currit præscriptio. Considera bene quòd hęc non sunt sine periculo: quia donec appareat de iniustitia, forus ecclesiæ contentiosus præsumit pro sententia. Inn. in. c. quia plerique de immu. eccle. si præsumitur iusta præsumptione iuris & de iurẽ. ti. proxi. c. cum inter. ergo nõ oportet aliter probare iustitiã. Sed Ab. fatetur quòd vbi est iusta declaratio, ista non procedit. ergo nunquàm procedet, nisi doceatur de iniustitia. Præterea tutus authoritate rei iudicatæ licitè tenet in foro ecclesie & conscientię Inn. in. d. c. quia plerique. Sed contrariorũ eadẽ est natura. c. hospitiolũ. xxxij. di. Pulchrè Ale. & Are. ĩ rub. ff. de acqui. pos. Ergo impossibile est istũ licitè præscribere id quod scit alteri debitum, etiã iure poli. Nõ dicas sufficit quòd posset esse iniqua. Nam debitum ex contractu potest esse malè debitum: vt quia contractus fuit simulatus. tamen hoc non presumitur. nec potest præscribere contrahens. per prædicta. ergo idem in sententia. maximè quia in iudicijs quasi contrahit. l. iij. §. Idem scribit. ff. de pecu. Nõ ob. q ex sententia non inducitur naturalis obligatio: quia satis est q si est iusta, prebet victori iustum dñium: & impedit præscriptionem. ergo idem si de iniustitia non appareat. cum sit pro ea fortis presumptio vtriusq; iuris. & hęc quò ad forum contentiosum ecclesiæ: qui nititur probationibus. c. inquisitioni. de senten. excõ. Sed in foro conscientiæ bene procederet hæc declaratio: quando præscribens esset certus de iniustitia sententie: licet eam probare non possit. Cogita bene. quia nõ reperi tactum. ¶ † Quarta declaratio. Sciens se debitorem, potest præscribere libe rationem contra actionem creditoris præscriptione statutaria abbreuiante præscriptionem iuris. dummodo statutum præsumatur contractũ simulatum, vel fictitium ex lapsu dicti temporis & silentio creditoris. Bar. in. l. oẽs populi. x. col. ver. ecce alia dicit statutum. de iusti. & iure Ab. hĩc in. v. col. Pet. de anch. in repe. c. j. xvij. char. ver. Itẽ si statuto. de consti. Ang. in repe. l. j. C. de iudi. Ludo. in. d. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsuc. propter glo. singu. in. c. j. §. porrò. que fuit pri. cau. bene. amit. Sentit Bal. in dispu. statuto cauetur. vj. col. no. Pe. de ancha. in regula possessor. vl. char. ver. vij. quæro. de reg. iur. in. vj. dicens secus vbi non presumeretur simulatio, vel fraus: quia statutum non potest plus quã ipsa lex. alle. Io. an. in. c. ij. de excep. in. vj. si ista opi. Bar. in. d. l. omnes populi est vera. de quo j. dicetur ¶ † Limita eã tribus modis. Primo. vt procedat talis præscriptio in petente sibi rem debitam. secus si petit rem suã quia præscriptio statutaria[c] non obstabit. Lud. consi. ccj. pro decisione. in prin. Quia strictè quod meum est, nõ dicitur mihi debitũ. gl. ordinaria. insti. de actio. in prin. no. Bal. in. l. cùm necessitatem. C. de fideicõ. dicens q si testator legat liberationem oibus debitoribus suis, non intelligitur legata liberatio illius qui possidet res testatoris. per tex. sing. in. l. Aurelius. §. Mæuia testamento. ff. de libe. lega. Facit cle. auditor. in ver. debitum. de rescrip. dicens q aliud est beneficiũ esse mihi debitum, aliud esse meum. No. Lud. ro. cõsi. cxcv. In casu præmisso. & Ale. cõsi. cccx. circa primum dubiũ presuppono. vbi oĩno vide. & eundem consil. ccccxxviij. Et si celeberrime. ij. col. & in quadam sua plena apostilla. in. l. j. ĩ vlt. col. ff. si cer. pet. quã nõ credo impressam. Faciat in simili dictum Bal. in. l. si cùm dotem. §. si pater. in fi. ff. fo. mat. vbi dicit q si debitor Titij. in. x. dicat lego Titio. x. de bonis meis tantum: non intelligitur compensare illa. x. quia verbũ de bonis meis, in telligitur deducto ære alieno. & sic de eo quod alteri debeo. l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. sig. ¶ † Limita. ij. nisi debitum sit iuratum. quia non tollitur præscriptione statutaria. Bart. in. l. nã & postea. §. si is qui. ff. de iureiur. dicens q iuramẽtum perpetuat actionem ad. xl. annos. quia habet vim litis contestationis. à qua inducitur dicta perpetuatio. l. fi. C. de præscri. xxx. ann. ex quo habes cautelam vtilem contra præscriptionem statutariã secũdùm Ang. in. l. cum notissimi. §. imo & illud. C. de præscri. xxx. anno. Et iste est mirabilis effectus iuramenti secundùm Bart. in d. §. si is qui. quem referunt ibi alij. & Imo. in. l. naturaliter in prin. in. iiij. colũ. ff. de vsuca. ¶ Quid autem si statutum disponeret etiam super iuribus contractus iurati, carentis certa solennitate? non est præsentis materiæ. Vide Doc. in. c. cum contingat. de iureiu. cum pluribus concor. quas dedi in. c. ecclesia. de cõsti. ad fi. j. quęstionis. ¶ Limita. iij. dummodo statutum præsumat hanc simulationem ex aliqua iusta causa. aliàs non valet. Abbas. in dicto cap. quod clericis. penultima columna. Petrus de anchara. in dicta regula possessor. vltima char. dicẽs pulchrè. quòd cnotrahens qui scit nullã fictionẽ interuenisse in cõtractu, non

actu, nõ est tutus à pctõ. licet statutũ eam fingat. Ideo dixit Abb. in fi. ĩ disputatiõe. stante statuto in. xiiij. col. q statutũ præsumẽs simulationẽ ad irritãdũ iuramẽta minorũ, debet habere apparentem & verosimilem causam suspicã di simulationẽm: aliàs nõ apparente cã non valet. Est aũt iusta causa, si in loco illo ex frequenti hoĩm malitia consueuerũt tales simulatiões vsitari. Hoc mõ tollitur quòd dixit Ang. de are. in. l. nemo potest. in fi. de leg. j. dum dixit statutum nõ posse ista fingere ne fiat fraus legi: nam intelligitur, nisi appareat causa iusta fingendi. Ista bene stant volendo sequi opi. Bar. in. d. l. oẽs populi. Sed tene oppositum quòd imò statutum non possit inducere hanc præscriptionem cum mala fide. etiam præsumendo simulationem. Et istud latissimè supra omnes deducit But. post longum discursum in disputatione. Stante statuto municipali. in. iij. char. ver. ex quo cõcluditur. & rõnes suæ possunt ibi videri. Idẽ Bal. in authẽtica. ad hęc. in. vj. col. C. de vsu. quia authoritas statuti non potest eneruare rationem naturalem & ipsam veritatem, per quæcunq; verba loquatur: siue disponendo, siue fingendo. nam semper veritas prævalebit: ex qua causatur denuntiatio euangelica. allegat Inn. in. d. c. quia plerique. & dicit q fortè hoc tenet Bar. in extraua. ad repri. in verbo. per denuntiationem. Idem tenet Pau. de cast. consi. cclxxxv. Hæreditas dictę puellæ. & sequenti. & Ang. in. l. j. §. pueritiam. ff. de postulan. volens q grauatus ex isto statuto põt recurrere ad ecclesiã: propter malam fidem. Idem etiã Butr. in. c. peruenit. pe. char. ibi. audio q moder. de censi. & Imo. hĩc in. xxvij. col. & seq. & Bald. in. d. l. oẽs populi. & Ang. in. l. iij. ff. de vsufru. earum re. quæ vsu consu. & Alex. pulchrè. d. consil. ccccclxxx. etiam prima facie. iij. col. & d. consi. cccxxv. Viso titu. questionis. pe. colũ. ¶ Ruminatis tamen certis locis vulgo non vsitatis, soleo hĩc referre octo saluationes ad opi. Bart. pro ista declaratione. Quanuis quasi de qualibet sim dubius. Primam posuit Abb. in repe. c. ecclesia. xxvij. col. de consti. quando debitor non fuit in in culpa: & facit secunda declaratio de qua s̃. Sed sicut illa est falsa, ita & hæc saluatio. ¶ Secundam saluationem posuit Pau. de ca. in. l. si quis sub conditione in fi. ff. de condi. insti. & in. d. consi. Hæreditas dictæ puellæ. videlicet vt dictum statutum valeat quãdo debitor ignorabat se debitorem: puta hæres primi debitoris. per. c. qui in ius. de reg. iu. in vj. & hoc satis importat. Si enim post completam præscriptionem statutariã oriretur mala fides, dato q sit adhuc intra tpa præscriptionis iuris communis, erit tamen tutus: quia lex populi videtur posse abbreuiare ista tempora, sicut à lege communi fuerũt pro arbitrio limitata secundùm Io. an. in regula possessor. & ideo sicut mala fides oriens finita præscriptione iuris non nocet vt dixi. s̃. eo. in. c. vigilanti. ita nec finita ista statutaria illi subrogata. quod bene not. ¶ Tertiam saluationem ponit Bald. in disputatione. Statuto cauetur. & Pet. de ancha. eã summans in. d. regula possessor. vlti. char. in repe. c. j. xiiij. char. ver. Item si statuto cauetur quòd post. x. annos. de consti. & in c. ij. de excep. in. vj. & Imo. in. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demõ. videlicet quando creditor est persona legibus & hominibus odiosa. vt fænerator. ¶ Quartam ponit Bal. hĩc in. iiij. colum. videlicet quòd stat statutum generale quòd omnia statuta loquentia de præscriptiõe, habeant vim contractus & consensus vtriusq; partis. Nã vbi non potest esse mala fides: saluatur anima & voluntas ciuium, & bonum publicum conseruatur: & exclamat de hac cautela dicens fabricatam ab ingenio suo. Sed ipsam reprobat Andr. sicu. hĩc vnum in hac materia incidenter tangens in rubri. de constitu. vlti. char. quia ista cautela est in fraudem huius canonis cui statuentes non pnt indirectè resistere. c. fi. de immu. eccle. in. vj. ¶ Quintam ponit Bald. in. c. ecclesia. ad fi. de consti. vt opi. Barto. non procedat in statuto Episcopi: vel rectoris Marchiæ. & similium. quorum sententia non tollit obligationem naturalem: sed statutum populi valebit: quia potest eam eligere. Sed considera istum text. in verbo. *omni constitutioni*. ¶ Sextã ponit Bal. in. c. debitores. ad fi. de iureiur. qñ statutum incideret à præcedenti monitione: dicendo monemus omnes creditores & dños vt agant intra tantùm tempus: aliàs priuamus eos iure suo: tunc omnis obligatio esset sublata: nec exigitur bona fides debitoris, sed mora creditoris. Considera: quia vt dicit Bald. in. d. auth. ad hæc. nulla vis verborum potest tollere naturalem veritatem: & causaretur à statuto iniquum subsidium debitori malę fidei. ¶ Septimam ponit Bal. in. c. j. §. fi quis per triginta. si de feu. fue. contro. cum qua tranſit Ab. s̃. eo. in rub. in pe. col. qñ statutum diceret q lapso dicto tẽpore intelligatur creditor feciſſe pactum de non petendo: vel intelligatur liberasse debitorem acceptilatione: quia hoc casu non potest recurri ad ecclesiam. Dubito vt de præcedenti: quia re vera naturalis obligatio non potuit tolli: ideò succedit dictum Ange. in. d. § pueritiam. Vltimũ posuit Pau. de cast. in. l. hæc autem iura. prope prin. ff. de serui. vrb. prædio. qñ statutum dicit. q creditor non petens intra tempus cadat ab actione. & sic dirigit verba in ipsum actorem. sicut dicunt iura quòd qui nõ vtitur seruitute rustica, vel personali, per longũ tempus perdit eã. sed si statutum dicat q debitor præscribat contra creditorem non petẽtem. tũc quia dirigit verba in ipsum pre scribentem, si est malæ fidei, nunquam poterit præscribere. & ita secundùm eum loquatur conclusio canonista rum contra Bart. Sed ista saluatio videtur dubia: quia licet verba statuti respiciant creditorem, tñ nutriunt peccatum debitoris scientis se obligatum:[a] nec q conscientiã eius potuit statutum purgare. ¶ Demum circa prędicta adde omnino Pau. de cast. in. l. fi. §. j. in fi. ff. rem ra. ha. vbi concludit contra Ang. ibi post glo. q si debitor tutus prę scriptione. xxx. ann. quæ extinxerat actionem creditoris, soluerit per errorem iuris: potest repetere: cum sit sublata ciuilis, & elisa naturalis obligatio. sicut in alijs actionibus tpalibus. vt ibi per Bart. nam istud intelligitur in eo qui præscribit cum bona fide. quo casu exceptio præscriptionis non est odiosa secundũ eum. secus si esset malæ fidei. puta cum præscribit ex forma statutorum. quæ licet non valeant de iure, seruantur tñ de facto. Tũc eĩm nõ potest repetere: quia talis præscriptio est odiosa. & sic non inducit repetitionem soluti per errorem iuris. l. qui exceptionẽ. ff. de condi. inde. secundũ eum. quæ intellige. nisi in casu statuti debitor nesciret se debitorem, ppter secũdam saluationem. de qua. s̃. Et pondera bene istud verbũ Pau. q exceptio præscriptionis cũ bona fide nõ est odiosa: imò fauorabilis. sicut vsucapio. Iura aũtem ciuilia quę dicũt præscriptionẽ longissimã esse odiosam, cõsiderabant malam fidem: quæ cũ sit hodie sublata per istũ text. remanet pscriptio fauorabilis. quod no. accuratè. præsertim ad i d quòd tãgit Lud. ro. in rub. ff. de arb. j. col. volens qđ arbiter iudicaturus secũdũ æquitatẽ põt admittere præscriptionem cum bona fide. ¶ Dixit etiam Lud. cõsi. cij. ij. col. quod statutum Lucense quo cauetur debere stari iuramento debitoris iurantis se soluisse quando est lapsum decẽnium debet intelligi quando est dubium an soluerit. Secus si per eius confessionẽ: vel alio legitimo modo probetur eum nõ soluisse. quod not. ad dictum statutum. de cuius intellectu vide etiam aliquid per Bald. in addi. Spe. in titu. de app. & in §. Ius autem ciuile. in. vij. col. insti. de iur. na. gen. & ciui. per Io. an. in addi. Spe. in rubr. de cessio. act. per Io. de lig. in. c. cum dilectus. xx. col. de cõsue. per Bar. in. l. legaui. ff. de lib. lega. p Ange. in. l. ij. ff. de vsufru. earum re. quæ vsu cõsu. & Tãcre. de corne. in opere suo rub. xij. q. xxiiij. Ex quibus omnibus habes istũ passum examinatum melius quàm alibi viderim. & aliqua ad dictum statutum ponit Firma. à me postea visus in re paratã, sicut sentẽtia: tũc ,pcedit debiũ. qa executio cepta est, nõ aũt pfecta. Statutum autem requirit q sit perfecta, p huius argu. declaratione est videndũ qñ aliqd dicatur esse factũ ad cui? euidentiã sciẽdũ est q qđã sunt q lñit certã formã: vt domus q cõsistit ex solo, patietibus, & tecto. & tũc dicit pfecta. cũ hẽat debitã formã. qđã sunt quę nõ hñt certã formã limitatam. vt murus. Itẽ fouea, q magna siue pua, dicit fouea. in istis dicit factum eo ipso quod est aliqd ceptũ. nunc ad ,ppositũ executio non habet certã formã. qñ ,p eñ fit cãpiẽdo psonã, & detrudẽdo in carcerẽ. qñ ,p capiendo pecuniã & solutionẽ. qñq; vno mõ, qñ ,p alio: & ideo si est factũ aliqd de executione, verũ est dicere q est executio facta: ergo si est facta missio ex. ij. decreto. dicetur facta executio. & qd si statutũ disponat q post certum tps scriptura: vel instra nõ faciãt fidem: & q amplius nõ possit ,p tales scripturas & instra ,pbari debitũ an ,pcedat. & an virtutẽ talẽ ,p batiuã tollere possit? vide d. Sozi. ĩ cõsi. ccxxxj. inci. Cũ in pñti cõsultatione. versi. j. q post certũ tps cũ ver. seq. in. ij. parte. char. cxj.

a ¶ Se obligatum. An statutũ pmittẽs præscriptionẽ cũ sciẽtia rei alienæ ,pcedat: vide not. p. d. Sozi. in cõsi. cciij. inci. Capiẽdo primũ consultationis articulũ. in prin. cum ver. seq. in. ij. parte char. lxxxviij.

perto.in ver.ſtatutum.de iudi.vlt.char.ver.ſtatutū quòd
8 debitor.¶ †Itē inquantum Ab.concludit contra Bal.qđ
non oportet allegantem præſcriptionem allegare bonā
a fidem.[a] Collige ex verbis ſuis duas limitatiões ad.l.ſi adul
terium cum inceſtu.§.Idem Pollioni.ff.de adul.& glo.in
ver.alias.in cle.appellanti.de app.videlicet ꝙ nō oportet
allegare id quod eſt de ſolēnitate intrinſeca, vel id quod
à iure præſumitur.Cætera dixi in.c.cum ordinem.in vl
ti.char.de reſcrip.vbi poſui nouum cumulum multarum
declarationum ad dicta iura.Sed caue.nam tenēdo quòd
bona fides nō præſumaī in inchoante præſcriptionē per
l.fi.C.vnde vi.,put tenui.ſ.e.c.ſi diligenti.poſt Imo.hīc.
Vera eſſet opi.Bald.ꝙ oportet allegare bonam fidē.& ita
ſimpliciter firmat But.in.c.peruenit.xv.col.ibi. aduerte
tamen.de cenſi.dicens non ſufficere probare titulum nō
alleg.bona fide,quia licet titulus operetur in probādo bo
nam fidem,nō operatur in deducendo.& non ſufficeret
ſi non eſſet deducta.alleg.glo.in.d.cle.appellanti.& Bart.
in ſimili.in.l.cum quid.ff.ſi cer.pe.Idem no.Ange.in.l.eū
qui.§.fi.ff.de publicia.dicens caue.quia aliās ſuccūberes.
& ſequitur Ang.de are.in.§ ſed iſte.in.x.col.inſti.de act.&
Alex.conſi.ccxvij.In cauſa & lite vertente inter magnifi
cum.ad fi.addens etiam Ang.in.l.ſi ſuper longi.C.de præ
ſcrip.long.tēp.Idem Barth.cepo.nullum iſtorū allegans
in trac.de ſerui.vrb.xxxij.colū.per.d.§.Idem Pollioni.&
dicit ſe vidiſſe multos errare.Sed tenendo ꝙ bona fides
præſumatur.prout tenent multi alleg.in.d.c.ſi diligenti.
tunc opi.Abb.eſſet ſuſtentabilior.& procedit opinio il
lorum indubitanter in ſucceſſore inchoantis præſcriptio
nem.per regulam qui in ius.lib.vj.vnde diſtingui poſſet
vtrum loquamur in inchoante præſcriptionem.& debet
allegare bonam fidem.aut in ſucceſſore:& ſecus.Nec ob.
ratio Abb.quia bona fides non videtur ſolennitas intrin
ſeca præſcriptionis:adeo quod ſub verbo præſcriptio.in
cludaī neceſſariò bona fides.& authoritates allega. fortè
prædominarenī indiſtinctè opin.Abb.in practica.¶ Dū
ſubdit Abb.quòd reiecta à ſtatuto præſcriptione non eſt
reiecta longiſſima.adde quæ dixi.ſ.e.in rub.in fi.Et dum
ponit poſt alios hīc.quod conſtitutio iſta trahitur ad pre
terita tanquā declaratoria.adde quę dixi in.c.fin.ij. fallen
tia.de conſti.¶ Item dum probat efficaciter Abb.ꝙ mala
fides incidens & non durans,nedum rumpit tempus præ
cedens,ſed etiam impedit ſequēs.niſi ſaltem ſuperueniāt
legitima indicia cōtra But.hīc volentem ꝙ precedēs tps
non cōquaſſet in dubio.niſi appareat læſam cōſcientiā in
formatione legitima.Adde Bal.hīc in.v.col.,pbantē pri
mò multipliciter.ꝙ ſi vltima die oritur mala fides,vitiaī
tota præcedēs poſſeſſio ſicut dicitur in eo qui decedit in
extremo in peccato mortali.Facit.c. defleat.de regu.iur.
quia vltima conſuetudo inſpicitur.l.mella.§ j.ff.de ali.&
ciba.leg.& oē opus in fine canif,qñ verò extrema poſſeſ
ſionis ſunt bona,mediū verò infectū.Primò refert Bart.
in.l.naturaliter.de vſuca.& Inn.hīc.ꝙ extrema purgēt me
diū:quia purgata erronea cōſcientia medij tpis,ceſſat rō
huius.c.& ſit quædā recōciliatio.Poſtea innuit oppoſitū.
dicens ꝙ ſemel conſcius ſemper præſumit conſcius.arg.l.
magnam.C.de contrah.ſtip.& ſic eſt ,p Abb.pro quo vi
get illa rō,ꝙ conſcientia non fuit erronea:imò ſuper ve
ro.ſ.ꝙ res eſſet aliena.nā ſi nō fuiſſet aliena,nō erat opus
præſcriptione.¶ Cogitabā vltra alios ꝙ hic poſſum[o] ca
pere errorem dupliciter.Primò reſpectu ſubiecti. Sed
reſpectu notitiæ ipſius ſubiecti.Primo modo nō eſt du
bium ꝙ nō erat error:quia materia ſubiecta habet in ſe
veritatem:videlicet ꝙ res eſt alterius,hīc nō cadit error:
& de iſto errore non loquuntur Bal.Imo.& But. Secun
do modo reſpectu notitiæ ipſius ſubiecti,hīc pōt eſſe er
ror habendo notitiā per medium fallibile & inſufficiens
cui nemo credere debet.iſte credēs huic medio eſt in erro
re propter erroneum modum notitiæ:& de hoc loquun
tur prædicti.& ideò debet leuari à conſcientia. & habeī
perinde acſi ignoraſſet veritatem ex quo vtiī medio falli
biliter:ſed interim quòd ei credit eſt malę fidei:ideò illud
tempus non cōputatur.Dicebam ergo cōtra Abb. quòd
imò potuit & poterit præſcribere:quia ex quo veritas eſt
latens,debent ſequi initia bonæ fidei:etiam ſi ſint non ve
ra reſpectu ſubiecti.dūmodo ſint apta cauſare iuſtam cre
dulitatē.ad iſtū tex.ibi.*in nulla temporis parte*.Dico quod
cōiunctis extremis quibus fuit bonæ fidei:reſecato me
dio malæ fidei,fiet vnum tempus integrale bonæ fidei in
omni ſua parte:ſicut qñ tempus præſcriptionis aliquan
do ſtat in ſuſpenſo.c.nihil.&.c.ex tranſmiſſa.ſ.eo.quo ca
ſu illo tempore non currit bona vel mala fides:& poſteà
tempora priora coniunguntur cū poſterioribus.¶ Bene
fateor quòd vbi eſſet in errore primo modo ſumpto,in
diſtinctè ſtandū eſſet cum Bal.hīc.& procederent verba
But.& Abb.qui dicunt quòd vbi conſcientia eſt læſa ex
legitima informatione,& concurrenti veritate,ſi poſt
eā illa dimiſſa ſuperueniat noua informatio,erronea non
ſufficiet ad præſcribendum. ¶ Cognoſcet autē qualitas
informationis generantis bonam vel malam fidem ex iu
dicijs,in quibus eſt fundata in dubio fortè præſumeretur
informatio prima efficax in authore præſcriptionis per
l.fi.C.vnde vi.ſecus in ſucceſſore.per regulam qui in ius.
9 lib.vj.& hæc no.tanquā ſubtilia & noua.¶ † Ad illud de
eo qui dubitat.tene opi.gloſ.& cōem.vt per Abb.quòd
dubitatio incidens nō impedit præſcriptionem. & adde
glo.in.l.iij.§.genera.ff.de acqui.poſ.Imo.in.l.naturaliter.
ff.de vſuca.Hoſt.in ſum.de præſcri.rerum immobi.§ quę
exigantur.v.col.ver.quid ſi quis dubitat. Ange.in.l.ſi ſu
per longi.C.de p̄ſcri.long.tēpo.latè Lud.in.d.l.naturali
ter.& eſt opinio communis teſte Alexā.in.d.§.genera.&
ibi etiam Are.in.iij.col.qui pulchrè ſequiī dicta hīc. Ad
de Bal.in.c.ſi diligenti.ij.col.ſ.e.vbi dicit quòd conſcien
b tia dubia non generat malam fidem[b].¶ Facit dictū Bal.
in.c.ſi.iij.col.de conſue.vbi dicit quòd dubius in conſcię
tia non dicit facere contra conſcientiam:niſi poſt ei inno
tuerit veritas.ſic intelligit Inno.in.c.nouit.de iudi. facit
quod no.Abb.poſt But.in.c.breui.in fi.de iureiur.tenens
quod ſola dubitatio nō inducit conſcientiam erroneam.
quæ omnia declarant etiam.c.j.de hære. quòd dubium
oriens non interrumpat præcedentē præſcriptionem:te
net etiam hīc Imo.quia nemō tenetur in dubio ius ſuum
indiſcuſſum relinquere.l.illud.ff.de peti.hære. cum iſtis
concordat Abb.in.c.conſultationibus.ij.col.de iurepat.
10 allegando dictum.c.ſi virgo.¶ † Ad illud de prælato ſciē
te rem alienā. Adde ad materiam glo.in.c.j.xiiij.q.j.quæ
dicit quòd prælatus nō debet fouere cauſam eccleſiæ quę
eſt iniuſta.ſicut nec tutor.l.quoties.§.ſicut autē.ff.de ad
mi.tut.Facit.l.Idēꝙ.§ fideiuſſores.ff.man. vbi fideiuſſor
poteſt agnoſcere bonam fidē ſoluendo ſine litigio.Intelli
ge vt pulchrè habetur in.l.Quintus Mutius.in princi.ff.
man.Et adde glo.ſi.in.d.c.breui.quæ dicit quòd promit
tens defendere eccleſiam,non tenetur defendere contra
conſcientiam:etiam ſi iuraſſet.dūmodo ſit certus de iniu
ſtitia eccleſiæ.vt ibi per Abb.in fi.poſt alios.¶ Facit glo.
in.c.de forma.circa med.xxij.qō.v.dicens quòd vaſallus
non tenetur defendere dīm defenſiōe iniuſta.Dicit etiā
Abb.in.c.cùm pridem.ij.col. de pac.quòd prælatus ha
bens adminiſtrationem liberam,poteſt cædere liti.iuxta
c.per tuas.lo.ij.in fin.de ſimo.aliās non. De quo etiam
per Butri.in capitu.primo.iij.colum.de depoſito. & ibi
Imo.v.colum, ponentes quando poſſit remittere excep
tiones competentes eccleſiæ. Vide in terminis egregiè
Domi.in capitu.generalis.vlti.colum.liiij.di.vbi diſtin
guit latius quàm Ab.hīc.& in vno quod importat diſcor
dat ab eo.dicit enim quòd in bonis communibus ſi con
ſtat rem eſſe alterius,quamuis non notoriè, poteſt prę
latus volente capitulo rem reſtituere.Cuius contrarium
dicit hīc

dicit hīc Abb.volens cauſam alienationis fiendæ debere
eſſe notoriam.Sed tñderi poſſet ꝙ præſupponendo præ
latum ſcire rem eſſe alterius,non dicitur agi de alienatio
ne rei eccleſiaſticæ.& poſſibile eſt ꝙ prælatus & capitu
lum ſciant rem eſſe alienam.licet hoc non ſit notorium.
Et ideò cùm iſta non videatur alienatio, imò reſtitutio
rei alienæ,non videtur requiri notorietas cauſæ:dummo
do probari poſſit rem eſſe alteri⁹.Et iſta ratio vrget. Nec
videtur expediens illa practica,ꝙ intimetur domino rei
vt vendicet rem.quia eccleſia in illo iudicio ſuccumbet:
& grauabitur propter intricationem expenſarum:in qui
bus condemnabitur.& dixit gl.in.c.ij.in verb.ipſos.de te
ſti.in.vj.quòd prælatus rñdendo poſitionibus in iſta cau
ſa nō poteſt dicere.dico rem eſſe petētis ex parte mea.ſed
ex parte conuentus.dico eſſe eccleſiæ.Et iſta cōfeſſio non
nocebit eccleſiæ in bonis.c.omnibus.ſed bñ in diſcretis.
11 ſecundū Do.ibi in vlti.col.¶ †Generaliter autem quan
a do confeſſio prælati noceat eccleſiæ[a] diſtingue vt perfe
ctè per Abb. hīc.& plenius per Do.in.c.de conſtantino
politana.xxij.di.Et regulariter dicitur ꝙ non nocet.vt in
iuribus hīc allegatis per glo.hīc.& Doct.niſi ſit confeſſio
habens pro ſe aſſiſtentiam iuris cōis.Ab.in.c.ſi diligenti.
j.col.ſ.eo.Ita intelligas illum tex.Idem.vbi agitur de iure
acquirendo eccleſiæ.non de acquiſito.Do.in.d.c.de con
ſtantinopolitana.ita intelligens.d.c.ſi diligenti.Facit glo.
in regula delictum.libr.vj.& in.c.cōſuetudo.§ is autē.xvj.
q.vj.not.Imo.in.c.fraternitatem.de dona.idem in concer
nentibus dignitatē ipſius prælati.quia reſpectu vitæ ſuæ
confeſſio nocet.c.cùm veniſſent.& ibi Doc.de inſtit.Idē
ſi confitetur vt teſtis.quia præiudicat eccleſiæ ſaltem ſe
miplenè.glo.in.c.dudum.lo.ij.de elec.Idem ſi habuit mā
datum à capitulo ad confitendum.d.c.ij.de teſti.in.vj.&
d.c.de conſtantinopolitana.&.d.c.dudum.Idem ſi confi
tetur in cauſa bonorum diſcretorum à capitulo. Do.in
d.c.de conſtantinopolitana.per no.in.c.edoceri.de reſcri.
Sed competeret ſucceſſori reſtitutio in integrum. doct.
de læſione ſecundū eum.per.c.j.de reſti.in inte.in.vj.Idē
in confeſſione extraiudiciali liberatoria debitorum.Do.
latè in.d.c.de conſtantinopolitana.& But.& Imo.in.d.c.
j.de depoſito.Et quæ dicta ſunt de prælato habente con
uentum.intellige etiam in prælato carente conuentu.,p
pter glo.aureā in.c.potuit.in verbo expelli.poſt mediū
ibi.& ſi vnus ſit.de locato.de qua latè memini in.c.edoce
ri.ad fi.ver.etiam in alijs prælatis.de reſcri.Vbi adde om
nino Imo.in.c.j.v.col.de depo.&.Do.in.d.c.de conſtanti
nopolitana.qui eam ſequitur in propoſito noſtro. & ad
de quòd confeſſio ſolius prælati habentis conuentum nū
quam nocet in materia ardua.etiam in bonis diſcretis:qa
ſecundū Abb.hīc.& in.d.c.edoceri.iiij.col.in illis non po
teſt eſſe ſolus in iudicio in facto arduo:ergo nec cōfiteri.
& caue.dum Abb.dicit hīc.quòd aliās ſine mandato ad
mittitur prælatus ex iuris diſpoſitione. quia intelligit in
bonis non communibus.per no.in.d.c.edoceri.Adde etiā
Cal.in tit.de confeſſis.cōſi.v.vbi latè ponit de confeſſio
b ne prælati obligatoria.puta ſuper mutuo[b].& an probet
mutuum verſum in vtilitatem eccleſiæ. de quo latè per
Imol.in.c.quod quibuſdam.xij.col.ver.iuxta hoc quærit.
de fideiuſ.& Do.vbi.ſ.& Pau.de ca.conſi.j.& Ange.pul
chrè conſi.mihi.ccxlj.quia omne datum optimum.iiij.co
lū.& ibi dicit quod ſi ex confeſſione facta etiam per præ
latum & capitulum eccleſia eſt leſa,dabitur ei reſtitutio
aduerſus confeſſionem.Pro quo vide Abb.j.vol. conſil.
lxxxviij.do.Abb.monaſterij.& conſi.xlij.eo. volu.ſaluā
toris.pe.col.& Lud.cōſi.ccclxxxix.paucis agam. Reliqua
de iſta materia vide ſubtiliter per Egi.bel.deci.dcxcvj.cō
feſſio prælati.vbi videtur in effectu velle quòd confeſſio
prælati agentis præiudicat eccleſiæ,niſi eſſet materia de
bonis diſtinctis etiam quo ad adminiſtrationem,vel eſſet
materia ardua.quibus caſibus geſta tenent.ſed capitulum
poteſt inſtare vt irritētur agendo de contemptu.Item de
materia iſta vide per Abb.in capitu.fin. de cenſi.& in ca
pitu.fin.vij.colum.de confeſ.& ibi de confeſſione ficta
per Specu.de reſti.in inte.§.j.ver.ſed nunquid eccleſia.per
Domi.in capitu.ij.x.colum.de teſti.in.vj.per Abb.in ca
pitu.dilectus.per illum text.de cap.mo.per Imo.in.c.præ
12 tereà.lo.ij.per illum tex.de tranſac. ¶ †Cætera ad regu
lam delictum.lib.vj.vide per Abb.poſt alios in capitu.j.
30 rem dotalem nulliter à marito: vtrum in reſtitutione habeatur conſideratio pretij,& expenſarũ. de quo per Imo. in.c.cum contingat. de iureiur. cum cõcor. de quibus per Bal. nouellũ in trac. de iure dot. fol. lxxij. ad fi.¶ Demum dum ſubdit Abb.† ꝙ eccleſia poteſt approbare hos contractus, ſi ſunt ei vtiles. Adde etiam eundẽ Abb. in.c. edoceri. iiij. col. de reſcri.& in.c.cauſam. lo. j. vlt. col. de iud.& q̃ ibi dixi. Bal. hîc infert per iſtũ tex. quem extollit. ꝙ iſta ſententia. Nos tales ſequentes formam ſtatuti &c. eſt nulla, ſi ſtatutum non valet. Facit. l. qui teſtamẽto. ff. de excu. tut.& dicit ꝙ vbi prima ſententia ex certo vitio nõ valet nec ſecunda. Quod no. ad Inn. in.c.j. de cõſir. vti. vel inuti. ſecundùm Imo. hîc. quem allegaui in.c.ea quę. s̃. eo. Faciũt quæ poſui allegando etiam hoc dictum Bal. in.c.ij. ix. col. de reſcript. Subdit etiam Bal. ꝙ prelatus qui conſueuit bene adminiſtrare, pręſumitur conuertiſſe in vtilitatẽ eccleſiæ. alleg. Arc. in.d.§. hoc. ius.& dicit eſſe nota. dignũ. Subdit etiam ꝙ mendicantes capere poſſunt relictum rei immobilis vt vendant: quia dominium momentaneum nõ repugnat regulę: dummodò non fiat capitale in Bancho. quod ſigna ad gloſſ. in verbo dominium. in.c.j. de reli. do. in.vj. quam examinaui in. c. in pręſentia. in.vij. q. de proba. Vltimò ſi diceretur. non fuit hîc appellatum ab Epiſcopo Brixienſi. ergo ſententia debebat valere: vel ſi fuit appellatum, fuit tertia appellatio. ergo nulla. c. ſuaꝫ. titu. proxi. Reſpondet hîc ſolus Car. quòd ex tenore ſententię apparuit de eius iniquitate. patet ibi. iuxta veroñ.& ſic fuit error expreſſus: ergo ſententia nulla: vt dicetur̃. c. proxi. vel ſi fuit appellatum, non fuit tertia appellatio: quia prima fuit ab interlocutoria: alia à diffinitiua: vel eccleſia fuit audita p̃ reſtitutionem in integ. ſecundùm eum.

¶ Melioramenta. Vide ad hoc Pau. de ca. in cõſi. xvij. a vbi plenè. & not. in. l. intra. ff. de minori.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Sententia non vitiatur propter errorem qui elicitur ex actis: ideo tranſit in rem iudicatam.*
2 *Sententia ſi ſe expreſsè refert ad acta in quibus eſt error: perinde eſt ac ſi in ſententia exprimeretur.*
3 *Sententia ad hoc vt reddatur nulla per relationem ad acta, neceſſe eſt quod appareat iudicem per hoc errare in iure & in facto: ſecus ſi poteſt euitari error.*
4 *Sententia vt vitietur per relationem ad acta: oportet quod fiat per modum cauſæ, vel ſimile. ſecus ſi ſententia ſimpliciter renuntiet*

ter renuntiet acta propter aliud. Reſtant aliæ ſex declarationes hic per ordinem poſitæ: vſque ibi Secunda concluſio.

5 *Sententia lata ex cauſa notoriè falſa, eſt nulla.*
Hæc concluſio recipit quatuor declarationes. Prima. quod hæc concluſio eſt vera, quando cauſa allegata in ſententia eſt manifeſtè falſa: capiendo manifeſtum prout differt à notorio. nume. 6.
7 *Item niſi tale ſit notorium quod ex arbitrio iudicis poſſit offuſcari, vel infringi.*
8 *Sententia non dicitur notoriè iniuſta, licet ſit contra confeſsionem partis ſuper debito.*
9 *Sententia lata ex cauſa notoriè falſa, eſt nulla: dummodò iſtud notorium proponatur.*
10 *Sententia redditur nulla ex notoria iniuſtitia, etiam in ea non expreſſa.*
11 *Sententia redditur nulla ex notoria iniuſtitia, etiam ſi iſta notorietas ſuperueniat poſt ſententiam.*

¶ CAP. IX.

Nter cæteras. Tria magnę vtilitatis examinat hîc ſolenniter Abb. Primum eſt, quando vitietur ſententia propter eius errorẽ qui elicitur ex actis. Secũdùm, quãdo vitietur propter falſam cauſam. Tertium. quãdo vitietur propter notoriam eius iniuſtitiã. quæ reaſſume per tres cõcluſiones, cũ declarationibus opportunis. reformãdo quæ aliãs
1 dixi in. c. quoniã contra. de proba.¶ † Prima concluſio. Error qui elicitur ex actis, nõ reddit ſentẽtiã nullam. ideo tranſit in rem inducatam. Abb. hîc pulchrè poſt glo. Inn. & Bar. in locis ab eo alle. inducit. c. cũ Bertoldus ĵ. eo. Idẽ no. Pet. de anc. in regula ea quę. xviij. col. ver. quãdoq; nõ eſt error in calculo. de reg. iur. in. vj.& Bal. in. l. prolatã. j. col. C. de ſent.& Imo. in.d.c. quoniã cõtra. vij. co. ver. vbi autem quis vellet. quia poſsibile eſt ꝙ iudex fuerit motus ex confeſsione partis, licet illa non reperiatur ſcripta in actis, ſecundũ eum. Pro quo in hoc vide Bald. in. l. j. poſt prin. C. de ma. vin. Idem ſecundũ Imo. ſi reus fuit condẽnatus,& in actis apparet inſtrumentũ abſolutionis. Nam poſsibile eſt quòd iudex illi non adhibuit fidem,& pręſumitur pro ſententia,& imputatur non appellãti. Idem ſecundũ eum, ſi ex dictis teſtium cognoſcitur error ſententię abſolutoriæ. quia fortè non fuit viſum iudici ſequi eorũ dicta, propter trepidationẽ, vel aliud ſimile. iuxta. l. iij. ff. de teſti.& iſtud p̃ſumitur quando ſententia trãſiuit in rem iudicatam. ſecus in cauſa appellationis. vbi eſt ſuſpenſa virtus ſententiæ:& ſtatur dictis teſtium. niſi de eorum vacillatione loquantur acta. prout docet Inn. in.d.c. quoniam cõtra. Ita declarat Imo. in.d.c. in præſentia. vij. col. ver. ſed certè.& ver. ſeq. de renun. Cum iſtis etiã concordant latè Imo. Lu.& Ale. poſt Bal. in. l. ex diuerſo. § j. ff. ſol. ma.& eſt opi. cõmunis ſecundũ Imo. ibi quia error expreſſus inducit vitium formę, ſed tacitus inducit vitium materiæ. ideo primũ appellatur potẽtius. vt no. in.c. detrahe. j. q. j. Facit etiam dictum Inno. in.c.P.&. G. de offi. deleg. quod ornaui in.c. trãslato. de conſtit. Dum dixit quòd nõ ſufficit error velatus in ſententia. Pro hoc etiã facit: quia lex requirit quòd error exprimatur in ſententia ad hoc vt ſit nulla. vnde relatio ad aliud nõ videtur inducere expreſſionem: vt in ſimili per Ang. in. l. p̃tor. in prin. ff. de oper. no. nun. cum concor. de quibus ibi per Alex. declarãtibus cle. appellanti. in verb. nominãti. de appel. cũ concor. Bu. Ang.& Raph. in. l. j. § j. ff. quę ſen. ſine ap. reſcin. per. l. p̃ſes ff. de re iudi. vbi non ſufficit error velatus. Eſt verum ꝙ Io. de ana. in.d. § j. gratia collationis facit ſex motiua contra hanc communem opinio.& non ſoluit. Sed Ang. are. ibi reſpõdet omnibus.& inter cętera dicebat ſic error qui cognoſcitur inſpecto libello vitiat ſententiã: vt ĵ. in quarta declaratione. Sed ſentẽtia refertur etiam ad acta, in quibus petitio continetur. ergo. j. de errore actorum. Sol. ad libellum refertur neceſſariò, non ſic ad alia acta ſecundùm Barto. in. l. j. C. de error. calcu.& Ana. in. d. § j. Facit vltra eos. c. cauſam ĵ. eo.¶ Secundò obſtat glo. in. l. ſi quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi.& in. c. ſi confirmationem. de elec. in. vj. cum concor. quas habuimus in. c. aduerſario. de exce. vbi ſi dubitatur de viribus ſententiæ vel de eius intellectu, recurritur ad acta,& de ea iudicatur ſicut in actis apparet: ergo ſi in eis eſt error, eſt etiam in ſententia. Sol. illud fit quò ad declarandam ſententiam, non quò ad inualidandam, vel validandam eam claram. ſecundùm Imol. in.d. l. ex diuerſo. Ad alia motiua facilè reſpondetur
2 vbi. s̃.¶ † Recipit tamen iſta cõcluſio nouem neceſſarias declarationes. Prima eſt iſta. Si ipſa ſententia refert ſe expreſſè ad acta in quibus eſt error, perinde eſt acſi in ſententia exprimeretur. Ab. hîc.& in.d.c. quoniam contra. xviij. col. verſi. ſed cõcordo. per. l. pe. C. de ſen. quæ ſine cer. quá profe. vbi ſufficit quòd ſententia referat ſe ad acta vt dicatur certa. Idem Inno. in.d.c. cum Bertoldus. ſuper ver. con ceſsimus.& ibi But. viij. col. ver. quintus caſus: ſic intelligens Rotam quam ibi alleg.& ſequuntur ibi Imo.& Abb. Idem Bal.& Sal. in.d. l. prolatam.& Bal. in.c. j. de lege con radi. dicens ꝙ ex quo iudex mẽtitur in fundamẽtis probationum ad quæ ſe refert, nõ eſt pro eo p̃ſumendum. idem But. multum pulchrè in repe. c. ab excõmunicato. vij. col. verſi. quando ꝙ fertur ſententia. de reſcri.& Imol. in. l. qui Romæ. § duo fratres. iiij. col. ibi. tu adde ꝙ dictum Innoc. ff. de ver. obli.& in.d. l. ex diuerſo. § j. ibi.& per hoc videtur.& in. l. ſi is apud quẽ. pe. colũ. ibi. ex prędictis. ff. de acqui. hære.& in.d.c. in præſentia. xj. col. poſt But. ibi. in. iij. col. Idem Lud. in.d. l. ex diuerſo.& Phil. in.c. dilecto. q. lij.& latius. q. lvĵ. tit. proxi.& Alexã. conſi. cxxiij. vij. colum.¶ Quòd autem paria ſint aliquid fieri expreſſẽ, vel per relationem certam, plurima adduci poſſent. verbi gratia. dictum Specu. de teſte. § qualiter ver. cæterùm vbi dicit ꝙ ſi [a] pars dicat credo prout in inſtrumento continetur, cenſetur confiteri contenta in eo. no. Bal. in.d. l. ij. § quòd obſeruari. in fi. C. de iura calũ. Et iudex dicens. pronũtio prout in conſilio. dicitur expreſſè condemnare, vel abſoluere.
a dixi poſt alios in. c. cum venerabilis. ad fi. de exce. Idem de teſte qui dicit. dico prout aliâs dixi [a] vt per Bu. in. c. cum in tua. ad fi. de teſti.& Bart. in. l. eos. ff. de falſis. Bene facit aliud quod poſui in.d.c. cum venerabilis. de ſententia quę refert ſe ad ſcripturam aliquam in actis productam. poſt glo.& Moder. in.d. l. ait prętor. Facit dictum Bal. s̃. c. proxi. defenſẽtia fundata in ſtatuto nullo quam ipſe dicit eſſe nullam: vt dicit Rota. de procura. xiiij. in antiquis. ꝙ valet inuentarium curatoris referens ſe ſimpliciter ad inuentariũ tutoris.& de ſimilibus dicetur aliâs.¶ Obſtat. huic declarationi quatuor. Primò, deciſio Inno. in.d.c. quoniã contra Solu. non firmat. quia opponit de.d.c. cum Bertoldus.& videtur ſtare contrario.¶ Ob. ſecundò. c. pe. de iureiur. vbi ſi iuro dicendo. promitto. x. per iuramentum quod aliâs tibi præſtiti, non obligor ad periurium: quia non eſt formalis expreſsio iuramenti, ſed commemoratiua. Sol. ibi in iuramẽto requiritur formalis expreſsio: ideo ſola mens non ſufficit. hîc non exigitur formalis verborũ expreſsio ad nullitatem ſententiæ, ſi patens eſt eius error in ſententia.& acta dicuntur ipſa ſententia, ex quo ad ea ſe refert. vt patet in.d. l. pe.& in.d. l. ait prætor. ita But. in d.c. ab excommunicato.¶ Obſtat tertiò quod eſt dictum de cle. appellanti. Sed reſponſio proxima ſatisfacit: quia ibi requiritur formalis expreſsio,& nominatim, non relatiuè. prout in ſimili Rota de appel. xxix. in antiquis: dicens quòd ſi aliquis fuit primò grauatus,& appellauit in ſcriptis. ſecũdò grauatus, iterum appellat: dicens. appello vt in ſcriptura primæ appellationis, quam produco,&

¶ Dixi. Vide per eum etiam in.c. ĵ. de offi. dele.& ibi dixi in apoſtil.

peto inſeri in actis: non dicitur appellatio facta in ſcriptis propter formalitatẽ ſcripturæ, quę requirit in qualitate & appellatiõe qđ no. ¶ Obſtant quartò authoritates tenentium ꝙ non ſufficiat relatio ad acta. vt Hoſtiẽ. in.d. c.quoniam. Bal.in.l.j.C.de iud.vidui.tol.& in.l.ij.in prin. C.de re iud.& in.l.prolatam.j.col.C.de ſenten.& in.l.j.C. de erro.calcu. Quia ſecundùm Bal.& Pau.de caſ.ibi aliud eſt ꝙ error exprimatur ſpecificè in ſententia: & non valet. aliud eſt quod exprimatur implicitè. quia tunc nõ eſt defectus formæ.& allegãt pro ſe Inn.in.d.c.cum Bertoldus. qui (vt dixi) tenet oppoſitum, ꝙ ſententia non valeat. & iſta per prædicta eſt opinio cõmunis: cuius obſtacula ſunt ſublata. Iſtorum autem opi. ſaluari poſſet in caſu qui colligitur ex declaratione ſequenti,& ex tertia & octaua declaratione. ¶ † Secunda declaratio. Ad hoc vt ſententia reddatur nulla per relationẽ ad acta, oportet ꝙ appareat iudicem per hoc erraſſe in iure & in facto. ſecus ſi poteſt euitari error. Exemplum primi: in ſententia condẽnatoria quæ dicit.quia. A.&.B. teſtes probant debitum, ideo condẽnamus. Nam ſi non probant, patet de errore. Exemplum ſecũdi, in abſolutoria: vt quia dixi.quia A.&.B. teſtes non probant debitum: ideo abſoluo: quia dato ꝙ videantur probare debitum: tamen in abſolutoria non eſt error: quoniã poſsibile eſt ꝙ ex aliqua eorum trepidatione iudex non adhibuit eis fidem, & propter tranſitum in rem iudicatam preſumitur pro eo. Etiam ſi vacillatio vel trepidatio non ſit ſcripta: ita declarat But. in.d.c.quoniã contra vlti.col.& Imo.in.d.l.ſi is [a] ad quem. pe.col.ibi.ex prędictis poteſt inferri.ff.de acqui.hęre.& ſequitur Alex. in.d.l.ex diuerſo.& in.d.l.j.C.de erro.cal. Adde pro ſecundo dicto tex.in.l.j.§.Item cùm cõtra ſacras.ibi.ꝙ ſi de iure probãte.ff.quę ſen.fiue app.re. Idem dicas.ſi iudex nõ retulit ſe ad acta:ſed dixit.quia per A. &.B. fuit probatum. Quia fortè ab eis informauit ſe aliter quàm appareat ex actis.iuxta.c.cùm Ioannes.de fide inſt.ita no.Abb.in.d.c. quoniam contra.xviij.col.ver.ſed attende: quia ipſe Inn. & Alex.conſi.mihi.cxliiij. Viſis dubitationibus.ij.col.Idẽ ſi diceret.quia reperimus Titium debere Seio.x.ideo eum ad ea condẽnamus.ita pulchrè Imo.in.c.cum in preſentia. antep.col.de renun.approbans etiam hanc ſecundam declarationẽ.Pro quo facit dictum Bald.in.l.j. in prin.C.de manu.vind.relatũ.ſ.in prin. Et quod no.Bal.in.l.ſi. xviij. col.verſi.tertiò conſidera.C.de edic.diui.adri.tollen.vbi etiã ſequif gloſ.l.quoties§. fi.ff.de proba. ¶ Obſtant duo huic ſecundò membro in quo dictum eſt valere abſolutoriam.Primò text.in.c.cùm ad ſedẽ. de reſt. ſpo.vbi ad cognoſcendam iuſtitiam vel iniuſtitiam ſententiæ inſpiciũtur acta: ſed in dicto exemplo inſpectis dictis teſtium patet de iniuſtitia: ergo &c. Sol. illud eſt verum quando eſt appellatũ:& ſic ſuſpenſa eſt authoritas & præſumptio ſententiæ: & non præſumitur pro iudice.niſi quatenus acta indicant. Secus vbi ſententia tranſiuit in rem iudicatam. quia cùm præſumatur tunc pro rectitudine & rectitudine ſententiæ.c.bonæ.de elec.& poſsibile ſit ꝙ ipſę atteſtationes non probent, tanquam ſuſpecto modo pronuntiate, præſumitur pro iudice quod iuſtè ſe mouerit. ſecundùm But.in.d.c.quoniam. ¶ Obſt.ſecundò. quia non videtur fienda differentia inter ſentẽtiam abſolutoriam,& condẽnatoriam. Nam qua ratiõe relatio ad acta nocet in condẽnatoria, eadem in abſolutorta, poſtquam ſe refert ad acta:nec præſumitur pro vacillatione, ſi nõ eſt ſcripta. iuxta doctrinam Inn.& aliorum.in.d.c. quoniam.& propter hoc iſta differentia reprobatur ex toto per Phil.in.c. dilecto.lxxxviij.col.ver.ſed aduerte.de appe. Sol. licet motiuum ſit vrgens, tamen propter authoritatem prædictorum non obtineretur in practica. & poteſt reſponderi ꝙ iſtud de non præſumenda vacillatione. procedit quando eſt appellatum,& ſic ſuſpenſa preſumptio ſententiæ. Vnde ſtatur in dubio dictis teſtium, prout ſonant. aliàs enim difficilẽ obtinere pars appellãs ab abſolutoria. ſed vbi ſententia tranſiuit in rem iudicatã, pſumitur iudicem ex cauſa: licet nõ ſcripta, ſpreuiſſe dicta teſtium. ita fatetur ipſemet Phil. vbi.ſ.q.lv. prope ſi. Pro quo vide omnino Imol. in.c.in præſentia.viij.col.de renun.& ſolenniter Ab.in.c. cauſam.pe.col.j.e. vbi idem tenent. & quando ſentẽtia eſt condẽnatoria.& dicit probatam eſſe ex actis ad quæ ſe refert, non poteſt pſumi pro ſentẽtia. ſecus ſi ſimpliciter nominat teſtes, quos dicat probaſſe, non dicens vt patet ex actis: quia potuit ſe informaſſe aliter ab eis: vt per Abb. in.d.c.quoniã. Sed quãdo in abſolutoria refert ſe ad acta, dicendo non eſt probatum: concedo ꝙ videtur error inſpecto cortice verborum teſtium, quæ probãt debitum: ſed poſt trãſitum in rem iudicatam præſumitur ꝙ illa teſtimonia tunc prolata habuerint aliquam maculam trepidationis, vel vacillationis. meritò verum eſt dicere tunc non fuiſſe probatum, loquẽdo etiam de his quę tunc fuerunt acta hoc eſt elicita præſumptiuè ex actu tunc geſto. & iſta nota & ſigna. ¶ † Tertia declaratio. Ad hoc vt relatio ad acta vitiet ſentẽtiam, oportet ꝙ fiat per modum cauſæ, vel ſimile: ſecus ſi ſentẽtia ſimpliciter enuntiet acta propter aliud ſcilicet vt iudex oſtendat ſe cognouiſſe de cauſa. puta quia dicit. Viſis actis, teſtibus, & inſtrumentis in cauſa productis. etiam ſi addat. & maximè teſtibus. ita Bal.in.l.ij.in prin.C.de re iud.& ſequitur Are.in.d.c.quo niam contra.& in.d.l.ſi is ad quem.dicens bene facere.cle. j.de proba.&. c. ſi Papa.de priuile.in.vj. ¶ Obſtat vltra eum dictum Spe.de ſen.prola.§.fi.ver.vij.no. quòd ſequitur Ab.in.c.licet cauſam.xj.col.ver.venio ad ſecũdùm.de proba.dum dixit ꝙ per falſos teſtes non reuocatur ſententia, niſi appareat iudicem ſecutum fuiſſe dicta eorũ, hoc autem cognoſcitur ſecundùm iſtos, ſi dixit iudex in ſentẽtia. Viſis atteſtationibus &c. Poſſet dici (licet non reperiãtactum) ꝙ illud procedit in cauſa appellationis. ſed ſi ſententia tranſiuit in rem iudicatam, talis enuntiatio non facit præſumi ꝙ ſit ſecutus dicta teſtiũ: vel fortè dictũ Spe. & Ab. non procedit. ſed oportet ꝙ per viam cauſæ iudex ſit ſecutus dicta falſorũ teſtium. pondera etiam nunquid Bal. in.d.l.ij. ſentiat quod eſt dictum, vel non. ¶ Quarta declaratio. Licet error qui elicitur ex actis non reddat ſententiam nullam, niſi iudex ad ea ſe retulerit modis prædictis: tamen fallit. vbi ſunt talia acta quæ de neceſsitate referri oportet ad ipſam ſententiam. vt eſt libellus, vel prima ſententia. Ab.hîc.& pulchrè Bald. in.l.ij.ad fi.C.de re iu. De quo meminit pulchrè Are.poſt Lud. in.l.ſi Titius. ad fin.ver.in vno tamen caſu.ff.de verb.ob.idem no. Angel.& Rapha.& Moder.in.l.j.§.j.ff.quæ ſenten.ſine appel. reſcin.& Imol. & Lud.in. d.l. ex diuerſo. & ibi omnes. de materia ſcribentes. In quo tamen no. tres reſtrictiones. ¶ Reſtringitur primò niſi libellus aliquo modo poſſet ſaluari: quia videretur intẽtata illa actio, per quam error non eſſet notorius. Bald.in.l.certa ratione. C. quando prouo.non eſt neceſ. per.l. quid ergo.§.pœna grauior. ſecundùm vnum intellectum. ff.de lris qui no.infa. Vnde ſi egi actione furti, petens furem condemnari pœna iuris: nec aliter declaraui libellum,& in proceſſu non probaui furẽ manifeſtum. tamen iudex condemnauit vt de manifeſto in quadruplum, malè fecit. quia ille qui non proſequitur qualitatem, videtur proſequi ſimplicitatem delicti. tamen libellus non fuit ineptus. vt ibi per eum. Pro quo facit. c. ad diſſoluendum. de deſpon. impu. per quod dicunt ibi But. Ab. & Moder. quòd ſi libellus continet duos modos agendi. quorum vnus eſt ineptus, ſuſtẽtatur ex apto. not. But. in.c.examinata.xvj.colum. de iudi. Bal.& Pau. de caſt.in.l.ſi ſeruus. §.ſi ſeruꝰ. de leg.j. Facit dictum Bar.in.l. habebat. ff. de inſtito. & in.l.ambitioſa. ff. de decret. ab orfa.& in diſputa.adunantia generalis: dum ponit ꝙ attenditur mandatum validum. Valebit ergo iſto caſu ſententia ſi non appelletur: nec nocebit libelli qualitas, ex quo eſt ab

a ¶ In.d.l.ſi is.& ibi dem ad hoc vide Ange.in authẽ. vt ſpon.lar.§.& hoc inſuper.in.iij.col. in ver.ibi.d.Inno. & adde Iacob. de are. in.d.l.j. C. de erro. cal. vbi etiã vide Bart. & Bal. & Imo.in.l.ſeruo. §.cum ꝓtor.ff. ad treb.& i.l. qui Romæ.§. duo fratres de verb. obli.& p Lanfrã.in.d.c.qm cõtra.alle.in text. xiij.col. & p Bal. in ſi. i.l.data. C.q accuſa. nõ poſ. & Ro.i deciſi.cccxl. Item fuit.& omnino do. Alex.in cõſil. cxxiij.j.parte.

3

4

eſt ab incongruitate ſaluabilis. ¶ Reſtringitur ſecundò, dummodò error eliciatur ex libello expreſſè: ſecus ſi tacitè. quia ſententia tenet Bal.in.d.l.ij.ad fi.C.de re iudi. pulchrè inducẽs ad hoc tex.in.l.poſthumus.§.ſi quis ex his. ff. de inoffi.teſt. vbi valet ſententia ſuper libello dato à ſpurio tacito ꝙ eſſet ſpuriꝰ, & prodeſt alijs, non ſibi. Sequitur Lud.in.d.l.ſi Titius. & idem repetit Bal.in.d.l.certa ratione. dicẽs ꝙ in.d.§. ſi quis ex his. libellus fuit tacitè ineptus: ideo valuit ſententia. ¶ Reſtringitur tertiò quod eſt dictum de ſententia confirmante. niſi confirmaret ſecũdus iudex primam ſententiam ex alia cauſa: quia tunc vitium primæ non noceret ſecundę. Phil.in.d.c.dilecto.q.lij.per l.Titianus.ff.quòd cum eo.de qua dixi.ſ.eo.in.c. cùm cauſa.de ſententia reformante primam. & iſtud etiam no.ad ſtatuta prohibentia dici de nullitate, quando ſunt duę ſententiæ conformes: quia per hoc habes ꝙ ſecunda non dicitur cõformis primæ, quãdo fundatur ĩ alia cauſa. ¶ Quinta declaratio. quando parti nõ obſtat allegatio erroris ex actis: quia erat in regula. de qua.ſ.& extra caſus ꝑdictos. ſi tamẽ nõ excepit de re iu. ſed aſſumpſit diſputationẽ motam ſup iniuſtitia ſentẽtiæ: de qua tandẽ ſufficiẽter dictũ fuit, retractabitur ſententia. Inn. in.c.cũ dilecta. in glo. in ver.maior.de reſcri.& in.c.cùm Bertoldus.ſup gl.in ver. cõceſsimus j.eo.& ſequũtur Bu.& Imo.i.d.c.cũ dilecta.& Imo.in.c.in preſentia.x.col.de renũ.& Ab.in.c.j.de cõfir. vti. vel inuti.& in.d.c.quoniã.xix.col.verſi. ſed dubiũ eſt. & in.c.cùm cõtingat.iij.col.de offi. deleg. & hîc. & j.eo.c. cauſam.& Phil.in.d.c.dilecto.& But. & Imo.in.d.c.quoniam. & alij quos allegaui in.c.inter monaſterium. x.col. ver.limita.j.&.xv.col.ver.limita.viij j.e. Pro quibus facit. quia etiam contra præſumptionem iuris & de iure valet probatio facta parte non opponente. Bar.in.l.inter ſtipulãtem.§.j.ff.de verb.obl.quem ibi no.Imo.contra Ang.& no.Lud.in.l.ſi duo.ff.de acqui. hære. ¶ Obſtant quatuor. Primò. quia non valet ſententia contra ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatã: vt no. in.d.c. inter monaſteriũ Sol.fallit, niſi appareat de notoria eius iniuſtitia. arg.c.ſolicitudinem j.de appel. ſicut videmus quòd victore confitente de iniuſtitia ſententiæ reuocatur nõ obſtante dicto tranſitu. Inn.in.c. quia plerique. paulò poſt prin. de immu. eccle. ſequitur Bu.in.c.is qui fidem.de ſpon.& in.c.quãto de preſum.& Ab.in.c.nouit.de iudi.& pleriq; alij. ita reſponderunt But.& Imo.in.d.c.quoniam.contra. ¶ Obſt. ſecundò. quia ſententia inducit notorium c.ſi.de cohabi. cler.& mulie. & non valet ſententia contra notorium vt dicetur in duabus ſequẽ. cõcluſionibus. Soluũt prædicti, quod verum eſt per ſententiam induci notorium ſcilicet præſumptionis: ſed tale notorium debet ſuccumbere notorio veræ probationis: vt in ſimili per gloſſ. fin. in.c.ex tranſmiſſa. qui fil.ſint legi. ſecundùm eos. bon.text. in.l.ſi qui adulterij. C.de adulte. ¶ Obſtat tertiò. gloſſ. in.l.ſi aduerſa. C.de tranſact.cum concor.vbi partes non renuntiant ſententiæ quæ tranſiuit in rem iudic. Sol. verum eſt tranſigendo: cum tranſactio debeat fieri de re dubia.l.j. ff.de tranſ. ſed bene poſſunt aliàs per pactum renuntiare l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.lo.j.& ibi Bald.ff.de pac.& in hoc latius inſteti in.d.c.inter monaſterium. ver. limita.j. ¶ Obſtat quartò. quia dato quod admiſſa eſſet diſputatio ſuper iuſtitia ſententiæ, & per inſpectionem actorum de ea liquidò conſtet: tamen ſi eſſemus in caſu in quo poſſet præſumi pro iudice: puta quòd non fuerit ſecutus dicta teſtium deponentium pro eo, quia trepidauerunt: vnde iudex eum condemnauit: videretur præſumendũ pro motu iudicis,& vacillatione quæ poſt trãſitum in rem iudicatam eſt præſumenda. vt dixi in ſecunda oppoſitione ſecundæ declarationis. Et generaliter videretur præſumẽdum aliquo alio ex modis dictis ibi: per quos apparet ſententiam poſſe plerumq; ſaluari, propter præſumptionem quæ eſt pro iudice, etiam ſi tenor actorum oſtendat contrarium. & hoc motiuum non fit per alios. Sol. ſi iudex cognoſcens de nullitate ſententiæ eſſet illemet qui iudicauit: iuxta no. in.c.ex literis. de offi. deleg. poſſet animum ſuum declarare. vt no. per Barto. in.l. ab executore. ver. quæro. ff. de appel. Bal. in.l.ſi vt proponis. C. de exec. rei iudi. & Abb. in.c. ſuper quæſtionum. in prin. in.iij. colum. de offi. deleg. Si autem eſſet alius iudex, videretur ꝙ ex quo pars tuta exceptione rei iudicatæ ſpõte de nouo litigat ſuper eadem materia, iſta noualis ita debent ſuſpẽdere præſumptionem ſententię, & authoritatẽ primi iudicis, ſicut ipſa appellatio. Et ideo ſicut in cauſa appellationis non præſumitur aliter prouidere quàm ſit ſcriptum. ita nec in iſta noua lite. Vel dic & melius. ꝙ non poteſt fieri fundamentum hoc caſu ſuper authoritate rei iudicatę, ex quo pars nõ opponit de ipſa: quia ſuper non allegatis à parte non poteſt fundari ſententia. l.ſi adulterium cum inceſtu.§. Idem Pollioni. cum ſimi. ff. de adul. & ita ſentiunt omnes prælegati. dum per regulam damnum. lib.vj. dicũt imputandũ iſti qui non allgat exceptionem rei iudicatæ. Puto etiam ꝙ non prodeſſet eam allegare poſt admiſſas probationes iniuſtitiæ. quia ſi ſubtiliter conſideras, non poteſt nunc dici ꝙ ſentẽtia trauſiuerit in rem iudicatam. quoniã error nunc patefactus propter inſpectionem actorum trahit ſuũ effectum annullatiũ retro. c. veritate. viij. diſ. & apparet quòd ſtãte hac nullitate quæ hactenus fuit, licet non demonſtrata, illa ſententia fuit nulla. & conſequenter non tranſiuit in rem iudicatã. & ſi iſtæ ſolutiones non placent, doce meliores. ¶ Sexta declaratio. Licet in ſententia nõ ſit error expreſſus, neq; relatiuus ad acta: tamen ſi notorię conſtat de eius errore, ſententia eſt nulla. Abb.hîc: quia notorietas æquipollet expreſsioni. vt per Innoc.in.c.j.de offic.vica. & dixi in.c. cùm ordinem.de reſcr.& dicetur j.in.iij.concluſio. Adde Bal.in.l.j.j.col.C.ne liceat tertiò prouoc. vbi dixit ꝙ licet lex vel ſtatutum prohibeat dici aliquando de nullitate, nõ intelligitur de nullitate notoria, ſeù euidenti [a]. Et dicit Ang.in.l.ſi pars.ff. de inoff.teſt. quòd nullitas conſtans ex actis dicitur euidẽs. Plurima adduci poſſent. ſed ſufficit notitia trium plenarum remiſsionum. Vide And. ſic.in.c.j. iij.col. de offi.ordi. deinde Phil. in.c.dilecto. q.lij. ad fi. de app. Demũ. Alexã. in.l.de pupillo.§. qui opus. pe.col.ff. de ope.no.nũ. dum tractat quòd cle.j. de re iudi. fallit in nullitate reſultante ex actis. poſt Oldra. conſil. cvj. & Bald. & Saly. in.d.l.j. C. ne liceat tertiò prouoc. & dixit Pet. de ancha. conſi. mihi. ccvij. de iure communi &c. quod ſtatutũ reijciẽs exceptionem nullitatis, nunquam reijcit illã quæ conſtat iudici ex actis: ſoleo quædam alia referre in.c. ex parte. lo.ij. de offic. deleg. Intellige. quando nullitas verè eſt notoria: non quando de ea reuocari poſſet dubium. quia multa dicuntur notoria quæ non ſunt. c. conſuluit lo.j.j. tit. proxi. ſecũdùm Bal. in.l. data opera. vl. col. C. qui accuſare non poſſ. Item fortè poteſt reſtringi hęc declaratio. niſi ille error notorius poſsit ſaluari, præſumendo iudicem motum aliqua iuſta ratione extrinſeca ab actis. vt quia à teſtibus aliter quàm ex iudiciali examine fuit informatus. vel quia teſtibus vacillãtibus fidem non adhibuit, quia ſi pars contra quam allegatur iſta notoria iniuſtitia replicat de dicta præſumptione, & poſsibile ſit adaptare talem præſumptionẽ, ſuſtinebitur ſentẽtia quę tranſiuit in rem iudicatã, non obſtãte dicta notorietate. Quid autẽ ſi nõ allegaſ nullitas, ſed manifeſta iniuſtitia? Dicẽ in.iij. cõcluſione. ¶ Septima declaratio. Indubitãter ſentẽtia eſt nulla quãdo retulit ſe ad ꝓbationes à iure reprobatas. puta ſi dixit iudex: quia Titius ĩ duello ſuccubuit, eũ cõdẽnamus. c.ij. de purg. vul. quẽ tex. extollũt Bal.& Sal. in.l. liberorũ. C. de teſti. dicẽtes non eſſe neceſſariã appellationẽ. Idẽ Bu. poſt Io. an. in.d.c. quoniã cõtra. vlti. col. ¶ Octaua declaratio. In ſentẽtia excõicationis, nõ ſufficit ꝙ per relationẽ ad acta cõſtet euidenter de erroe, vt ſit nulla. ſed re-

a ¶ Seu euidẽti. Ad materiã hanc adde q hñtur p Ludo.& pIo. de imo. in. l. de pupillo. §. qui opus. ff. de ope. no. nun. p Io. de imo. & p Ang. aret. in. l. ſi expreſſim. de appel. & glo. in. l. j. §. pe. de tabu. exhi. & Bartol. in. l. ij. de app. reci. & in. l. j. ſi de momẽ. poſ. & quę per Feli. i. c. ſedes. de reſcrip. & quod ibi dixi ĩ apoſtil.

quiritur ꝙ error ſit expreſſus in forma ipſius ſententiæ. ita Aret. nouiſsimè in.d.c.quoniã. per text.in.c. per tuas. de ſen.excom.vbi ad cauſandam nullitatẽ ex errore requiruntur ſecundùm eum duo. Primò. ꝙ ſit expreſſus error in forma excõmunicationis. Secundò ꝙ patenter. Vnde ſi ſufficeret per relationem ad acta, ſatis erat dicere patẽter. non enim dicitur expreſſum in forma, quod eſt per relationem ad aliud. & illud verbum in forma. eſſet ſuperfluũ ſecundùm eum. Conſidera duo. Primò. ꝙ aliqui libri non habent illud verbum in forma. ſed dicunt in ſententia. & tunc dicetur error exprimi patenter in ſententia, quando ipſa referret ſe ad acta. Secũdò conſidera ꝙ aliud eſt dicere ꝙ ſit formaliter, vel nominatim aliquid expreſſum: ꝓut dicitur in cle. appellãti. Aliud eſt dicere quòd ſit in forma expreſſum. Nam primò modo non ſufficeret per relationem. In ſecundò fortè ſecus. quia doct. allegati in.j. declaratione expreſſè dicunt ꝙ habetur error pro expreſſo in ſententia, quando ipſa refert ſe ad acta probantia errorẽ. & ſic dicitur error in forma. id eſt in figura & text⁹ ipſius ſententię, cum ſe expreſſè referat. d.l.pe. C. de ſen. quę ſine certa quam profe. &. d.l. ait prætor. ibi: quaſi quantitatem nominauerit. tamen cogita. ¶ Nona & vltima declaratio Licet error ſit expreſſus in ſententia ſecũdùm legis diſpoſitionem: tamen ſi materia eſt talis in qua iudici competit arbitrium, ex cauſa præſumitur non erraſſe, & ꝙ ex cauſa non exceſſerit legis terminos, ne ſententia ſit nulla. ſecundùm Are. in.d.c.quoniã. & in.d.l.ſi is ad quem. per tex. & quod ibi Bar. in.l. relegatorum. §. ad tempus. ff. de interdi. & rele. Sic ampliatur dictũ Inn. in.c. ad petitionẽ. de accu. quem ſequitur Ab. in.c. quòd ad conſultationem. ix. col. ver. quis autem habet probarẽ. j. e. dum dicit ꝙ in arbitrarijs præſumitur pro iniuſtitia ſententiæ ad tollendum remedium iniquitatis, quòd eſt appellatio. nam etiam reſpectu remedij nullitatis præſumitur pro ſententia in iſtis arbitrarijs. Idem Pet. de ancha. in.c.ij. in fi. de iura. cal. in.vj. & in repe. c.j.v. char. ſ. de conſti. & Inn. in.c. qualiter. lo. ij. pe. col. de accu. & Ab. in.c.j.iiij. col. de dil. Et Inn. in.c. inno tuit. quaſi in medio. de eo qui fur. ordi. ſuſce. Et vide Bal. in.l. & ſi ſequerior. pe. col. in fi. v. q. C. de his qui no. infa. vbi videtur intelligere tex. in. d. §. ad tẽpus. in alteratione pœnę, quæ facta in ſententia tenet, etiam vbi fieri non deberet: quamuis aliter illum tex. intelligat Bal. in.l. non dubiũ xj. col. ver. reuertor ad contraria. C. de leg. volens. quòd in d. §. ad tempus. ſuſtentantur ſententię ante illam legem latæ, non ferendæ. propter. d.l. non dubium. An autẽ iudex vtens arbitrio ſibi à lege conceſſo ex cauſa, teneatur cauſam exprimere. dicam in.c. ſicut. viij. co. ver. dum docẽ. eo. Demum quãdo agitur de ſuſtentanda ſententia propter relationem ad acta, vt non videatur incerta. vide omnes. in.l. ait pretor. §. j. ff. de re iudi. & Angel. are. in. §. curare. ij. col. inſti. de actio. & hæc quantũ ad primam concluſionẽ collectam ex dictis Ab hîc. quibus etiam adde Imol. in.d.c. in præſentia. vl. char. ¶ † Secundà concluſio. ſententia lata ex cauſa notoriè falſa, eſt nulla [a]. Abb. hîc poſt But. & Imo. latè loquentes. Idem But. in.c. ab excõmunicato. viij. col. ver. quando ꝙ dicebam. de reſcrip. vbi hoc intelligit procedere. ſiue ſit cauſa falſa in potentia & actu: ſine actu tantum. quia ad vitiãdum quod agitur, paria ſunt aliquid exprimi ex tenore, vel apparere notoriè. Inn. in.c.j. de off. vica. & in.c. examinata. de iud. in addi. & in.c. cũ noſtris. de conceſ. preben. in addi. & in. c. fraternitatis. de frigi. & ibi But. copioſè replicat idem in.iij. colũ. & in.c. per tuas. viij. col. de ſen. excom. dixi in.c. cum ordinẽ. xiiij. col. ver. ſecunda declaratio. de reſcrip. & aliquid in.c. ad aures. de præſcri. no. Ab. in.c. cum ad quorundã. de exceſ. præla. & in.c. Odoardus. iij. col. de ſolu. dicens poſt Butri. idem in ſententia excõmunicationis, quam notoria iniuſtitia reddit nullam. & licet tex. in.d.c. per tuas. exemplificet nullitatem quando eſt expreſſus error in ſententia, vel quãdo fuit lata poſt appellationẽ: tamen vbi eſt notoria iniuſtitia, ibi nulla eſt præſumptio pro ſententia: ideo non apparet ratio quare eccleſia velit aliquẽ iniuſtè ligare apud deum. & idem no. Ab. in.d.c. per tuas. & But. in.c. in Ferrarien. pe. char. ver. & no. hoc dictum. de conſti. & Cardi. poſt Pau. de leaza. in cle. paſtoralis. ver. rurſus. de re iudi. dicens ſententiam latam contra notorium actus cõtinui, vel tranſeuntis, eſſe nullam: quia quod falſum eſt nihil eſt. & ſufficit quomodocunq; conſtet. l. tutor. ff. de tut. & cu. da. ab his. Poſtea videtur hoc limitare ſequẽdo. Paul. quẽ nõ ſequitur ibi But. per omnia. vt refert ibi Imo. in.xviij. col. Et pro hac opi. communi inducitur. c. ſolicitudinem. ad fiꝯ. tit. proxi. vbi mãdatum etiam ſub pœna excom. notorię iniuſtum, vel indiſcretũ, non aſtringit eum cui mãdatur, nec tenetur obedire, & ſuperior declarat eum non ligatũ. Ad idem. d. cle. paſtoralis. ad fi. ibi dici ne ergo meruit ſententia. & eſt tex. hîc in ver. *nec eis ſtari*. ſecundùm lectu. communem: & faciunt quæ dicentur in concluſione ſeq. multùm huic conformi. ¶ Obſtant ſex contraria. Primò. tex. in.l. palam §. quę in adulterio. ff. de rit. nu. vbi mulier deprehenſa in adulterio, & abſoluta perperam, eſt infamis: quia lex notat factum, non autem ſententia. & ſic ſi ſententia fuiſſet nulla, allegaſſet ibi tex. rationẽ ex nullitate ſententæ. & ita tenet Bald. per illum tex. ſecũdùm aliquos in.l.j. C. ne fil. pro pa. Sol. non aperit tex. ꝙ eſſet notoriè deprehenſa. ideo vt concordentur iura poteſt intelligi ꝙ manifeſtè fuit deprehenſa: & concluſio iſta non procedit in ſententia lata contra manifeſtum: vtꝯ in.j. declaratione. ¶ Obſtat ſecundò tex. in.l. nam & poſtea. §. ſed ſi dãnetur. ff. de iureiurã. vbi valet ſententia contra iuramentum. quod tamen facit rem notoriam ſine dubio. Sol. non conſtabat iudici de iuramento ſecũdùm But. in.d.c. ab excommunicato. x. col. ver. ex his dico. vbi ſubdit ꝙ ſi eſſet lata cõtra iuramentum de quo iudici conſtaret, & non reuocaretur in dubium, eſſet nulla, tanquam contra notorium: ſed in.d. §. non conſtabat iudici liquidò. quod verbum dicit ibi Alexã. ſe non legiſſe alibi. addens ꝙ iuramẽtum, confeſsio, & ſimilia inducunt notoriũ, quando cõtra eum nõ opponitur, ſeu aliàs nõ impugnãtur. vt per Hoſt. Io. an. & But. in. c. cum ſpeciali. §. porrò ꝯ. ti. proxi. & facit glo. fi. in. c. ex parte. lo. j. de ver. fig. ſecundùm eum. Obſtat tertiò. l. ciues. C. de app. per quam Bal. ibi: & hîc diſcrepat à communi opin. Sol. loquitur in manifeſto. vtꝯ dicetur. ¶ Obſtat quartò. c. ſi quando. de offi. deleg. ibi: certum eſt vbi videtur probari quod valet mandatum iudicis notoriè iniuſtum. & ita Bal. ibi per illum tex. reſpõdet ibi. Ab. ꝙ poterat eſſe certum ipſi ordinario: non tamen delegato. Obſt. quintò talis ratio nihil plus habet notorium quã ius: & tamen ſententia contra ius valet: niſi exprima tur error. dixi in.c.j. in. j. limitatione. ſ. e. ergo fortius valet, iſta contra notorium. ſoluit But. in.d.c. ab excommunicato. ꝙ iſtud procedit, quãdo conſideratur ſolũ ius: ſed hîc non pronũtiatur ſuper iure: ſed ſuper facto. in quo ſi notoriũ eſt vitiũ, ceſſat ꝓſumptio iuſtitiæ in iudice. l. pe. ff. de iuſt. & iu. ſi autẽ diſputaretur ſup iure, an ius eſſet vel non, ſententia lata ꝙ ius non eſſet vbi eſt, eſſet nulla: quia ſi eſt cõtra legẽ, notorium eſt de eius errore. Ex quibus verbis obſcurius ab eis prolatis, collige intellectũ ad primã limitationẽ datam in.d.c.j. nam habes ꝙ licet non exprimatur error iuris: ſi tamẽ notoriũ eſt de errore cõtra ius, ſententia eſt nulla: operabitur autẽ illa limitatio ꝙ ſententia lata contra ius cõmune non expreſſè nec notoriè, ſed virtualiter: puta contra id quod exigerẽt de iure merita cauſæ, non eſt ipſo iure nulla. Et pro iſta declaratione pondera etiam verba Ab. hîc. dum expedito ſecũdò intellectu ad tex. intelligit ipſum in omni iniqtate, ſiue reſpectu erroris cõcernentis partẽ, ſiue ius ſcriptum. Ad idem verba Ab. in.d.c.j. dum dicit ꝙ vbi iudex iudicat cõtra ius commune, ſiue expreſſo iuris errore, ſiue nõ. ſententia eſt ipſo iure nulla

a ¶ Eſt nulla. Adde Fe. in.c. qm̃ cõtra ſ. de ꝓbat. in. xij. col. & quod ibi dixi in apo. adde tu & dic clariꝰ, ꝙ ſententia lata ex falſa cá expreſſè eſt nulla. Bar. in.l. qui teſtõ. ff. de excuſ. tut. in. §. Itẽ quęro in. ij. col. in ver. Itẽ ex iſto tex. & ibi Bal. & Ang. adde & intellige iſtud. dũmõ ſimpl͛r ſit cauſa inſerta iſen ſ tentia. ſecus ſi per a dictionẽ ĩplicatiuã maximè. vel ꝑſertim: quia tũc cũ ꝓſumatur ſententia lata ex alia cã, valebit ipa ſententia. d. Ab. in.c. ſicut. de re iud. in iiij. co. in ver. ij. debet limitari.

iure nulla. Dictum autem cõmune intelligitur de errore iuris concernente merita cauſæ. vt latius per eum. ¶ Obſtant ſextò ea quę obſtare videbũtur ſequenti cõcluſione. ſolue vt ibi. Habes igitur ex his concluſionem ampliatam dupliciter. Primò, etiam in notorio trãſeuntis. Secundò. etiam in ſententia excommunicationis. Ad quod etiam vide latè Do. poſt Io. and. in.c. romana. §. vniuerſitatem. ij. col. de ſen. excom. in. vj. & Ab. in.c. cum apoſtolus. ij. col. de cenſi. Ex quibus cogitat circa cautelam Cepolæ. clxij. quod ibi dixi. quę incipit ego dixi. dum dicit valere præceptum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ de obſeruando iuramento de non reuocando teſtamento: nunquid habeat illud præceptum notoriam iniquitatem, vel inualiditatem, ſicut iſtud iuramentum. iuxta no. in.l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. in prin. de verb. ob. & in.l. ſi quis in prin. ff. de leg. iij. cum ſi. ¶ † Recipit iſta concluſio qua tuor neceſſarias declarationes. Prima eſt. vt non procedat quando cauſa allegata in ſentẽtia eſt manifeſtè falſa, capiẽdo manifeſtum prout differt à notorio. But. Ab. & Imo. hîc. & Ang. in.l. cues. C. de appel. Facit dictum Bal. in.l. ſi. iiij. col. ver. vel dic ꝙ aut eſt exceſſus dubius. C. cõmunia de leg. Idem Phi. in.c. dilecto. lxxxvj. & xc. col. de appella. Quia manifeſta indigent probatione: ſed non notoria. Et in iſto tex. verbum *manifeſtã* capitur impropriè pro notoria. licet iſti non dicãt. Et ita fit ſæpe: vt per glo. in.c. de manifeſta. ij. q. j. ſed propriè differunt. c. veſtra. & c. tua. de coha. cle. & mulie. manifeſtum differt ab occulto. & probari poteſt, non tamen eſt publicum. notorium verò eſt publicum nulla via celabile. latè But. in.d.c. veſtra. xxj. col. ver. nunc venio ad deffinitionẽ manifeſti. ¶ † Secunda declaratio. Niſi tale ſit notoriũ quod ex arbitrio iudicis poſsit offuſcari, vel ifringi Ab. latè i.c. inter mon aſteriũ. xiij. co. ver. ego ſimpliciter ſequorꝯ. eo. vt in ſententia lata contra ſententiam, vel priuilegium, & ſimilia. quę & ſi inducant notorium, eſt tamen eorum probatio offuſcabilis. vt ibi latius dicetur: & fuit doctrina Bu. in.d.c. ab excommunicato. x. co. ver. idem dicerem ſi ſententia: quia lex dat poteſtatem exiſtimandi quantãvim habeãt probationes etiam notorię. Facit dictum Inn. in.c. mulieri. per illum text. de iureiu. & tex. in.c. cõſanguineiꝯ. e. vbi poteſt ferri ſententia reprobans confeſsionem partis, quę tamen facit notorium. c. fi. de coha. cle. & mulie. vt etiam in ſequenti declaratione. ¶ † Tertia declaratio. Non dicitur ſententia notoriè iniuſta, licet ſit contra confeſsionem partis ſuper debito. Imol. contra Bu. in.d.c. in præſentia. ante pe. col. quia poſt trãſitum in rem iudi. ſufficit poſſe errorẽ aliquo modo euitari. vt dixi in.ij. declaratione primæ concluſionis. Potuit autem confeſsio fuiſſe erronea, vel inconſulta, vel facta à non habente poteſtatem. ſaluo niſi confeſsio emanaret poſt ſententiam. quia tunc redderet nullam ſententiam antea latam. ita intelligatur Inn. in.c. quia pleriq; de immu. eccle. cum ſuis concor. ſecundùm eum. quod videtur difficile. niſi dicas ꝙ debilior eſt confeſsio ante ſententiã, propter velamẽ tranſitus in rem iudica. qui nõ operatur reſpectu confeſsionis ſequẽtis. Et hanc declarationem ponit etiam But. in.d.c. ab excommunicato. x. col. dicens ꝙ ſi fertur ſententia contra iuramentũ, non valet. niſi reuocetur in dubium de viribus iuramẽti. Et ibi etiam paulò antè dicit quòd valet ſententia contra confeſsionem, quando eſt dubium de probatione ipſius confeſsionis. ſecus ſi contra ipſam nihil obijci poſsit. ¶ † Quarta declaratio. dũmodo iſtud notorium proponatur. Car. in.d. cle. paſtoralis. §. rurſus. in fi. iij. q. propter glo. in ver. alias. in cle. appellanti. de appel. cum cõcor. quas ad ipſam poſui in. c. cum ordinem. xiij. col. ver. ad glo. in cle. appellanti. de reſcrip. & ſic intellige Bu. in.c. veſtra. vlti. char. ver. per hoc dicebã. de coha. cle. & mulie. Et hoc videtur reſtringendũ: niſi notorium pateat ex actis. quia nõ eſt opus tunc ipſum allegare. vt per Bu. ibi. & Alex. in.l.j. iij. col. C. vt quæ deſunt aduo. quãdo autem falſa cauſa non notoria vitiet ſententiam [a]. vide latius per Inn. i.d.c. in præſentia. & in.l. ſi is ad quem. ff. de acqui. her. & ibi Ale. & Are. & Inn. in.l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de ver. obli. & ibi Alex. xl. col. ver. & per ꝑdicta. dixi aliquid in.c. ſicutꝯ. eo. & hęc quò ad ſecũdam concluſionẽ ex dictis Abb. hîc. ¶ † Tertia concluſio. Notoria iniuſtitia ſententię etiam in ea non expreſſa reddit eam inualidam. latè & vtiliter Abb. hîc. & Lud. in.l. ad monendi. x. col. ver. x. ff. de iureiur. & Imo. in.c. in præſentia. ix. col. de renun. & in cle. ſi appellationẽ. in fi. de appel. & Abb. in.c. cum inter. x. colꝯ. eo. & in.d.c. cum apoſtolus. de cenſi. & in.c.ij. ad fi. de purga. vulg. & in.c.j. iiij. col. ſ. e. & pulchrè. in.c. ſuborta. in fi. j. e. & Imo. in.c. cùm dilecta. vlt. col. de reſcri. & in.c. quoniã contra. viij. col. de proba. & ibi Ab. xvij. col. & Bal. in.l.j. ver. quęro vtrũ abſq; appellatione. C. ſen. reſcin. non poſ. & Paul. de caſ. in.l. ſeruo iniuito. §. cum prætor. ff. ad treb. & omnes allegati in præcedenti concluſione. vnde inquit Cardi. conſi. lxj. dum reuerendus ꝙ manifeſta iniquitas idẽ operatur ꝙ nullitas. allegat Inn. in.c. cum Bertoldus. ſuper ver. conceſsimus. j. e. & dicit hoc eſſe no. dignũ. ipſum etiam alle. Cardi. poſt Ioã. de ligna. in cle. j. §. fina. ij. col. de foro cõpe. dicens vix poſſe eſſe ſententiã notoriè iniuſtam, quin ſit etiam nulla. facit tex. in.l. ſi pars. ff. de inoffi. teſta. vbi dicitur ꝙ ſtatur ſententiæ latæ pro teſtamento, quando iudices contradicentes aduicem in iudicando ſunt pares numero, niſi ſit euidenter iniqua. & de hoc exclamat ibi Ang. in prin. dicens ita limitari omnes leges dicentes ſtandum vni ſententię, quando ſunt iudices contradicẽtes pari numero. iuxta. c. fiꝯ. eo. quia intelligitur, niſi illa ſit euidẽter iniqua. & dicit iniquitatem eſſe euidentem, quando conſtat ex actis. Nam per ea eſt legitimè notorium iudici. ſecundũ Inn. in.c. ex ratione. de app. & dicit Bu. in.c. ſuam. in vlt. no. de pœnis. ꝙ ſententia quæ continet apertã iniquitatẽ non tranſit in rem iud. ¶ † Amplia etiam ſi iſta notorietas ſuperueniat poſt ſententiã. Inn. in.c.ij. de purga. vul. dicentes per illum tex. ꝙ ſpeciale eſt vt propter caritatem ſuperueniẽtis caſus recedatur à ſententia. Vnde dicit Bart. in.l. diui fratres. ff. de pœnis. ꝙ poſt ſententiam doceri poteſt de innocẽtia condẽnati. dicetur poſt Ab. in.c. cõſanguinei. in fiꝯ. e. Ad hæc bo. tex. in.l. inde Neratius. ff. ad.l. aquil. vbi confeſſus occidiſſe Titium, auditur probaturus eum viuũ. Ad idem tex. in.l. ſi qui adulterij. C. de adulter. vbi probatur ſecũdùm Bal. ſentẽtiam latam ex ꝑſumptione iuris & de iure retractari ex notorio ꝑſumptio. quòd poſtea ſequitur. Vnde in quit Bal. in.l. ſi quis teſtibus. in fi. C. de teſti. ꝙ per euidentiam facti admittitur probatio poſt teſtium publicationem. & refert Spec. atteſtãtem corpus fuiſſe exhumatum. & ſequitur Lud. in.l. ſi verò. §. de viro. xxxij. fal. ff. ſol. mat. & idem Sal. nullum allegans in.d.l. ſi quis teſtibus. pe. col. dicens ſe vidiſſe exhumati defunctum vt inſpiceretur an fuiſſet percuſſus lancea, vel lapide. Cum iſtis adde Innoc. in.c. quia pleriq; de immu. eccle. vbi dicit quòd retractatur ſententia quam victor confeſſus eſt iniuſtam. & ſequuntur multi de quibus aliàs. Adde etiam quod dicetur ꝯ. c. proxi. ad fin. in verſi. ad vltimum. Obſtat huic concluſioni tale argumentum. Magis notoria reſultat iniuſtitia, quando ſententia condemnatoria eſt lata nullis probationibus factis, quàm quãdo aliquibus hincinde factis: ſed in primo caſu non eſt nulla, & tranſit in rem iudicatam ſi non appellatur: ergo fortius in ſecundò caſu. maior eſt nota conſequentiam non negabis. minor probatur quinq; modis. Primo authoritate. Barto. & Bald. in.l. prolatam. C. de ſent. & But. in.c. eccleſia. de conſti. & Bald. ibi & in.l.j. pe. col. C. ſi aduer. rem iudi. Secundò. quia media cauſe, & ſic probatiões nõ ſunt de ordine ſubſtãtiali. licet de iuſtitia cùm ſatis ſit ꝙ ſententia ſit lata prãte & citata parte: vt dicaꝰ cauſa cognita. l. i cauſę. §. cauſa cognita. ff. de mino. Tertiò per. c. interpoſita. in prin. de app el. vbi etiã

a ¶ Sententiã. Adde Angel. & Nic. de neapo. in.l. q teſtamento. §. Itẽ quæro. in.j. co. in lectu. Bar. ff. de excu. uto. & Bal. in authẽ. non licet. paulò poſt prin. C. de lib. prẽte. vide tamen Bar. in.l. iuſtè poſſidet. ff. de acqui. poſ.

repulsio probationum paratarum non reddit sententiam nullam. Quartò, quia imputatur non appellanti. l.ij. C. si sæpius in inte. resti. postu. Quintò, quia ad reparandum omissas probationes non datur remedium nullitatis, sed appellationis. iusta illud non deductum deducam. c. cum Io. de fide instr. & ita per hæc valde laborioſe extenſa firmat nouissimè Phi. in. c. dilectę. q. lv. ad fi. non visis authoritatibus in conclusione adductis. neq; earum rationibus per quas tutum non puto recedere ab opi. cõmuni. ¶ Ad primum dic in cõtrarium esse glo. ordinariam. & ibi Car. & Imo. in. d. c. ecclesia. & glo. Are. & Do. in. c. primates. ij. q. j. & glo. in. d. l. prolatam. ¶ Ad secũdum respõdet Imo. in. d. c. ecclesia. q; text. in. d. § causa. non debet intelligi, q; illud solum sufficiat cum per alia iura probationes requirantur. d. c. primates. & c. nos in quenquam. ij. q. j. ¶ Ad tertium de. c. interpoſita. dic q; illa respõsio est interlocutoria, quæ transit in rem iudicatam iure ita disponente cùm esset saluum ius impugnãdi diffinitiuã secuturam, Eadem responsio dari posset ad. l. argentarius. § cum autẽ. ff. de eden. ¶ Ad quartum dic q; si procederet argumentum sequeretur q; sententia esset valida & irreuocabilis, etiam in limitationibus quas postea firmat Phil. vbi. s. & doc. in. d. c. ecclesia. in quibus tamen sententia est nulla. vi delicet quando est lata causa non cognita, & breuissimo tempore, quia deberet imputari non appellanti. Sequeretur etiam q; vbi sententia referretur ad acta denotãtia errorem, deberet valere, imputãdo non appellãti quæ omnia & similia nemo concederet. Sed. d. l. ij. dicens appellare debas si tibi sententia displicuit: loquitur vbi iure non est cautũ q; sententia sit nulla. sed in proposito habemus tex. allegatos in præcedenti cõclusione. & in ista maximè text. in. d. cle. pastoralis. & hîc & in. d. c. cum ad quorundam de exce. præla. & in. c. suã. de pœnis. & ibi But. in vlt. no. & in l. si pars. ff. de inoffi. test. & ibi Ang. quæ iura probant sententiam vitiari propter notoriam eius iniustitiam. Ergo pars quę scit ius dicendi de nullitate causę sibi saluum, nõ præiudicat sibi non appellãdo. l. sicut. § nõ videtur. ff. quimo. pig. vel hypo. solui. Per quam rationem reprobatur quoddam dictum Lapi. alle. lxxxviij. dum dicit q; sententia lata præsente parte & postea non appellante valet. & probat enuntiata in ea nam imò silentium non nocet ei qui scit ius suum saluum esse vt tenet ipsemet Phi. in. d. q. lxv. antepe. col. & vltra eum Rapha. & Ange. are. in. l. fi. ff. quando appel. sit. & Lud. in. l. sciendũ. xxv. col. ff. de verb. obl. ¶ Ad quintum dic illud verum esse: quãdo est appellatum. sed etiam in causa nullitatis nemo negat probationes fieri posse. Ex quibus potes animaduertere: quot absurda sequerentur recedendo ab istis duabus conclusionibus tot modis roboratis. Tamen relinquo cogitandum propter magnam vehementiã qua vtitur Phil. in hac sua noua & periculosa opinione. Cæterum de sententia lata sine causę cognitione an sit nulla, vel irritanda, dixi satis latè in. d. c. ecclesia[a]. Et dum Ab. tangit remisiuè coram quo, & quo ordine sit deducenda nullitas: vide latius per Phil. s. & istas tres conclusiones bene not. quia non reperi ita bene ordinatas per alios.

a ¶ In. d. ca. ecclesia. Et ibi vide q̃ dixi in aposti.

b ¶ Præsumitur. Vide Bal. in ti. de pace iu. fir. §. ad hoc viij. col. in verſic. not. q; qui dicit in vſi. feu.

c ¶ Nisi probetur. Adde Bar. in. l. is põt. ff. de acqrẽ. hær. in. viij. col. in versi. nunc videamus. & glo. in. l. j. circa finẽ. vbi per Bal. & Ang. & in l. optimã. C. de cõtrahen. & cõmit. sti. in vlti. colũ. in ver. no. glo.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Sententia in dubio præsumitur lata contra absentem: etiam postquam transiuit in rem iudicatam. & uu. 2.*

3 *Inuestitura in dubio præsumitur facta in præsentem ponit autem hîc.*

¶ CAP. X.

8 lutione horū & ſimiliū. Primò † q̄ iſtud verbum de iure. importat in propoſito idem quòd iuſtè. c. ius generale. j. diſt. c. forus. §. iudex. de ver. ſig. & ſentētia contra ius litigatoris ſeruato ordine iuris iuſta eſt. c. Epiſcopus. & c. ſe. xj. q. iij. iuncta gl. & Archi. Facit tex. cum glo. & ibi Ang. in §. exhæredatos. in authen. de hære. & fal. colla. j. vbi iuſtè fit quod iuris ordine fit. vnde etiam ſententia de iure lata poteſt reſcindi appellatione & reſtitutione. l. ſi cauſa cognita. ff. de tranſac. & dicit Bal. in. l. pe. ff. de iuſt. & iur. q̄ ſi eſt cōpromiſſum in Titium de iuſtitia & iure & veritate, non debet recedere à iure communi, vel municipali. quibus inhęrens iuſtitiam facit. Et dicit Bald. in. c. cùm veniſſent. de teſti. quòd ſi Papa mandat iuſtitiam fieri, in telligitur quod iuris eſt. de quo per eundē in. c. in nomine domini. de teſt. & in. l. nemo. C. de ſen. Bonus tex. in. l. ſi
9 creditoris. C. de fideiuſ. vbi † verbum de iure. ponitur p̄ ſolennitate iuris. Facit. c. cùm ſuper. in fi. de offic. dele. & glo. in. c. ſicut. ij. q. j. exponens iuſtè. ideſt ſecundū ordiné
a iuris. Ideo dicitur in. l. pe. ff. de iuſti. & iu. quòd dicitur ius reddi etiā ſi decernatur cōtra partem. Notat gl. in. c. j. per illum tex. xxiij. q. ij. & Io. an. in rub. de reg. iur. in. vj. dicēs quòd ſola obſeruātia iuris facit ſententiam appellari iuſtam non obſtante grauamine, reſpectu iuſtitię litigatoris. Ideo dicit Bald. in. c. conſanguinei ſupra. eod. quòd arbiter in caſu iſto dicitur iudicare de iure, licet contra ius litigatoris. per. d. l. pe. Quā etiā ad hoc allegat Pau. de caſt. in. d. §. arbitrorum. ¶ Cōſidera ſecundò. Quod non reddendo ius parti non dicit ſeruari iuſtitia. volens vnicuiq̄ ius ſuum tribui. l. j. ff. de iuſt. & iur. & ideo dicit. l. j. ff. de appel. inuentam eſſe appellationem propter iniuſtitiā factam partibus. Eſt ergo duplex iuſtitia. Vna reſpectu ſolēnitatis, & appellatur iuſtitia fori. Bal. in. d. l. pe. & in. d. c. conſanguinei. & in. d. c. in noſe. & gl. & Ang. in. d. §. exhæredatos? Alia verò eſt ſimplex tribuens vnicuiq̄ ius ſuū. vnde etiam ſeruato ordine iuris, ſi pars iniqua lædatur, non eſt ſeruata iſta. ¶ Conſidera tertiò. Quod cum partes dixerint in cōpromiſſo quòd de iure pronuntiaretur. i. de iuſtitia. & duplex ſit iuſtitia: videnſ in dubio intellexiſſe de iuſtitia reſpectu ipſorum litigātiū: & hoc probo quatuor medijs. ¶ Primò. quia nemo preſumitur vti verbis ſuperfluis. l. ſi quando. cum ſi. de lega. j. Et iſta ſuperfluerent, intelligendo de ordine iudiciario propter. l. j. C. de iudi. & l. rem non nouam. C. de iudi. Ideo intelligatur vt eſt dictum. ne careant myſterio. ¶ Secundò. quia verba debent intelligi ſecundùm qualitatem perſonarū de quibus agitur. l. plenum. §. equitij. ff. de vſu & habita. Dixi in. c. cauſam. pen. char. ver. quinta declaratio. de reſcrip. Facit quod not. gloſſ. & doct. in. l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. de verbo. obliga. & Bald. in rubric. de. no. oper. nun. faciendo differentiam an verba proferantur ab idiotis, vel à peritis. Facit dictum Barto. in. l. ſi quando. in prin. C. de inofficio. teſta. & in. l. ſi nondum. C. de fur. dum dicit interpretanda ſtatuta ſecundùm qualitatem ſtatuentium: & quod ipſe not. in. l. ſi auia. C. de ſuceſ. edict. & gloſſ. in rubrica. de regu. iur. in vj. in fin. ergo videntur partes voluiſſe prouidere iuribus proprijs: non autem ſuperfluè excitare ius commune eis inſeruiēs. ¶ Tertiò. quia cum dixerit de iure, videntur etiam cogitaſſe de omni ſpecie iuris, tam conſtitutionis quàm partium. l. & an eandem. §. exceptiones. ff. de excep. rei iudica. Et ita decidit Bald. in terminis in rubrica. de regu. iur. in ſexto in apoſtillis. Et Bald. in ſimili in. l, illa inſtitutio. ff. de hæredi. inſti. ¶ Quartò. per text. in. c. cauſam quæ. de reſcript. vbi ſententia lata in prætudicium partis, dicitur non iure lata. ergo cōtra formam compromiſſi. ex quibus remanet vera opi. Bartol. quæ oīa tene

a ¶ §. Arbitrorū. Et ibidem vide. d. Alexan. de Imo.

b ¶ Nihil operaſ. Adde Phil. in. c. ius generale. j. d iſ. & in. c. cū olim. de offi. delega. & qđ ibi dixim apoſt.

10 mẽti. quia nouiſsima ſunt, & te. faciẽt digito monſtrari:
¶ † Vltimò vltra oẽs pondera bene glo. maiorẽ hîc. ibi. *& poſt tempus requiſitus.* quia probat ꝙ licet in prorogatiõe tp̃is oporteat nõ eſſe finitũ tp̃s. Bar. & Ang. in. l. iiij. in prin. ff. de dã. iuſec. Imo. in. c. fi. ij. col. de præca. Ang. cõſi. ccxxix. Et ſufficiat momẽtũ tp̃is. Bal. in. c. de cauſis. de off. delega. Tn̄ cõſenſus iudicis q̃ in hac ꝓrogatione neceſſari? eſt. l. ij. §. ſed ſi iudex. ff. de iudi. põt pſtari poſt terminũ. per hãc gl. ſolitariã. Nec mirũ: qa iſte cõſenſus venit p viã cõſenſuspuri. d. §. ſed ſi iudex. ergo põt ſequi. c. cũ vos. de his q̃ fi. à præla. plenè Inn. & alij in. c. cũ cõſuetudinis. de cõſue. Itẽ ſufficeret ſilẽtiũ iudicis ſciẽtis de ꝓrogatione * Imo. in. c. p. &. g. xxij. col. ver. no. extra gl. ꝙ in prorogatione [c] de offi. deleg. per. c. cũm olim. lo. j. eo. tit.

a ¶ In. c. cũ contingat. Vbi vide qđ dixi ad hoc in apoſtil.

✣ *SVMMARIVM.* ✣

1 *Sententia conditionalis. an & quando valeat?*
2 *Et ponit hic duos caſus. in quibus conditio indiſtinctè vitiat ſententiam.*
3 *Iudex ſi iuſſerit comparere tali die: & impoſsibile ſit illa die comparere: an debeat taliter iuſſus altare die cõparere? numero. 4.*
5 *Appellans recipiens termiuum, licet videatur renũtiare appellationi interpoſitæ: nõ tamen interponendæ. hæc regula limitatur. dũmodò recipiat terminum ad mandatum iudicis. ſecus ſi ſponte petatur, quia tunc petens renuntiat appellationi etiam interponendæ. nu. 6.*
7 *Itẽ niſi ille qui ſimpliciter recipit terminũ vt obediat, habeat ex tali receptione expedire actũ executiuum condẽnationis.*
8 *Tempus quadrimeſtre datum condẽnatis, an poſsit prorogari?*
9 *Dilatio ſi cui detur: an teneatur is ſatisfacere de ſoluendo in termino?*
10 *Debitor condemnatus ſi habeat bona ſufficientia, an poſsit capi in perſona? nu. 11.*
12 *Tempus quadrimeſtre non datur in certis caſibus.*
13 *Appellari poteſt à pronuntiatione iudicis de exequẽdo, licet non ab executione.*
14 *Aduocati cauti nũquã petunt pronuntiari ſuper executione inſtrumenti: ne appelletur à pronuntiatione.*
15 *Appellari poteſt ab executione: ſi lata ſit aliqua ſententia, ſuper qua petitur executio. Et dũmodò iſta pronuntiatio contineat ſolũ illud grauamẽ: quod cõtinebat prima. nu. 16.*
Item ſi pronũtiatio de exequẽdo fieret intra tempus intra quod poterat appellari à prima ſententia: quia tunc ſicut poterat appellari à prima: ita ſecunda. nu. 17.
18 *Cauſa an ſit inſerenda in appellatione ab executione exceſsiua? numero. 19.*
20 *Appellans à diffinitiua, an debeat exprimere cauſam: vbi eſt clauſula appellatione remota?*
Tertius appellans. pro ſuo intereſſe: quid exprimere debeat. poſt nume. 20.
Cauſa an ſit exprimenda in appellatione ab interlocutoria habẽte vim diffinitiuæ? poſt nu. 20.
21 *Appellari vt poſsit ab executione nomine alterius, quale mã datum ſufficit?*
22 *Tempus decendij datum ad appellãdum, non currit citato ad audiendam ſententiã: & contumaci: niſi aliter fuerit ei ſententia intimata. Et adde duos caſus hic ſequentes, ad hanc concluſionem pertinentes. nu. 23. & 24.*
25 *Appellaſſe probaye non ſufficit: niſi probetur appellatũ fuiſſe intra decendium.*
Appellaſſe Titium à grauamine ſibi illato à decem diebus citra, nõ intelligitur appellare intra decẽdiũ. poſt. nu. 25. ver. Tertia concluſio.
26 *Appellãs die decimo: debet inſerere horam.*
27 *Executio ſi ſit intra decẽdiũ licet fieri non deberet, ſi poſtea non appellatur, remanet valida.*
Appellãs ſi dicat ſe appellaſſe intra decem dies: an de hoc ſtetur ſuo iuramento? poſt nu. 26. ver. Sexta concluſio.
Appellatus dicens non appellatum tempore debito: dicat negõ appellatum intra decem dies. ver. Septima concluſio.
28 *Contumax verus auditur appellans intra decem dies ſecũdum verã obſeruatiã Rotæ. poſt nu. 26. verſi. Octaua concluſio.*
29 *Appellari poteſt etiã poſt decem dies à grauamine ſucceſsiuo, & quotidie nouiter offendente.*
30 *Statutũ ſi dicat quòd ad proſequendam appellationem currãt xl. dies poſt decendium ad appellandũ: & ſi quis appellet prima die: tunc ille terminus incipit currere.*
31 *Iudicium quando agitatũ eſt cõtra dominũ: vel contra procuratorẽ, qñãdo incipiat currere tempus ad appellandum?*
32 *Decendium datum ad appellãdum vt currat: quot requiriturẽ Appellatum ſi eſt à diffinitiua, nõ præiudicat interlocutoriæ latæ ſimul cũ ea. poſt nu. 32. verſi. Tertiadecima concluſio.*
34 *Appellandi tempus à laudo vt currat, requiritur quòd ſit authenticè intimatum.*

¶ *CAP.* *XV.*

Quòd ad cõſultationẽ.

1 Inquãtũ Abb. poſt alios ſeq̃ dicta Bar. i. l. j. §. biduũ. ff. † qñ appel. ſit an & qñ valeat ſnĩa cõditiõalis. Adde Io. de fan. & Domidẽ tenẽtes in. c. biduũ. ij. q. vj. & vide quæ dixi in. c. cũ cõtingat. [a] de offi. deleg. de iudice dicẽte. admitto ſi & inquãtũ: & de multis ſimilibus quæ fiunt ſub conditione. ſicut acceptacio beneficij, collatio, & ſimilia: de quibus latè ibi poſui. ſtat hîc difficultas. ſi iudex dicat cõdẽno te ſi actor probabit: quia Barto. poſt gl. in. l. cùm iudex. C. de ſent. dicit iſtam ſententiam eſſe nullam: quia conditio nõ eſt ſtatim verificabilis: & idem ſentit ibi Bal. & Imo. in. l. q Romæ. §. Augerius. de verb. obl. & Pau. de caſt. cõſi. xv. & in l. continus. in prin. ff. de verb. obl. ſubdẽs ꝙ bene valeret iſta ſententia. abſoluo te ſi iuraueris. quia iſta conditio eſt incõtinẽti adimplebilis: & reprehẽdit quendã aduocatũ, cui diſplicebat iſta interptatio: videlicet incõtinẽti. i. añ q̃ diuertatur ad actũ extraneos: & volebat ꝙ imò ſufficit ad implere intra decẽ dies: ſed malè loquebatur. & equocabat: qa ſecũdũ Pau. aliud eſt dicere incontinẽti: aliud ĩtra paucos dies. Tn̄ tenendũ eſt valere dictã ſnĩam. cõdẽno ſi actor probabit. ſecũdũ Bal. in. l. j. v. char. C. q accu. nõ poſ. vbi vult valere iſtã ſentẽtiã qñ iudex aſtringit ad ꝑcisè ꝓnũtiãdũ: & tp̃s labit, nec liquet de cã: vñ valet ẽt hęc ſnĩa. cõdẽno te ſaluo ꝙ ſi apparuerit de falſis inſtris: ſit ꝓ nõ lata. & interim nõ fit executio. qa eſt cõditio intrinſeca. alle. gl. ij. in fi. i. c. tãta. lxxvj. di. & cũ hoc videt trãſire. Are. in. d. l. cõtinuus. in fi. prin. Sil'r dicit Bar. in. l. peremptorias. iiij. col. ver. q̃ro iudex tulit. C. ſen. reſcin. nõ poſſe. ꝙ valet iſta ſnĩa. cõdẽno te in viginti, reſeruata exceptione ſolutionis vel pacti: qbus ꝓbatis, ex nunc te abſoluo: qđ fieri põt ex cã puta rõne labẽtis tp̃is. & qñcũq̃ fit ꝓbatio, intelligitur facta añ ſnĩam: qa cõditio fingit retro. not. in. c. ꝓterea. de app. ſed ſine cã fieri non poteſt ſecũdũ eũ. ad qđ vide eũdẽ in. l. nõ dubiũ. in. v. oppo. C. de legi. & in. l. ſi de meis. §. fi. ff. de arb. & Imo. poſt Ang. i. l. iudex poſteaquã. ĩ vlt. charta. ff. de re iudi. & pulchrè Ang. in. l. nõ quẽadmodũ. ff. de iudi. vbi ĩter mr̃a cõcludit ꝙ iſta ſnĩa valet, qñ cõditio appoſita eſt in ptãte eius pro quo ferf: vt abſoluo ſi iuraueris. & ſi nõ eſt in ptãte, põt impleri ex interuallo. & reprobat Bar. in. d. l. cũ iudex. allegãs Spe. in duobus locis. & ſeq̃ Ale. i. d. §. Augeri⁹. vl. co. & i. l. à diuo pio. §. in vẽditione. x. col. ff. de re iud. & dicit Bal. i. l. ij. ij. colũ. C. vt litpẽ. ꝙ ſi appellãs nõ potuit habere copiã ſnĩę, põt ſecũdus iudex dicere. ſi qua ſnĩa apparet in dicta forma, eam infirmo. & eſt cõditio intrinſeca ſniæ, & ſine qua actus ꝓnũtiationis nõ põt explicari alle. Imo. & bn̄ in. c. G. ꝓpetu⁹. de fi. inſtrumen. & ibi aliãs dixi latius. Pro iſtis eſt ratio. quia iſta ſententia. cõdemno in eo quod probabitur. non eſt cõtra ius commune. ſed litigatoris: qui actore non probãte debebat abſolui. c. vnico. vt eccle. benefi. Ideo eo nõ appellãte tranſit in rẽ iud. Si tamen poſt ſententiam ſtatim. i. ante actus extraneos fieret ꝓbatio, ſententia efficere tur valida. ita Pau. de caſt. in. d. l. cõtinuus. per id quod de iuramento habetur in. l. generaliter. poſt prin. C. de re. cre di. Et idem eſſet etiam qñ ſine cauſa ferretur ſentẽtia ſub cõditione ſi probaueris. ſi probationes per inſtrumentũ, vel teſtes fiãt ſtatim antèquã diuertat ad alios actus. ſecũdùm Alex. in. d. §. Augerius. dices tu. iſta ſententia eſt lata ſine ꝓbationibus: ergo nulla. dixi in. c. præterea. ℟. eo. Reſponde ꝙ illud eſt verum in ſnĩa quæ purè firmat pedem: ſed iſta eſt cõditionalis cõditione appetente pro bationes: nec dicitur incerta: cum per eas verificari poſſit. l. ait prętor. §. j. ff. de re iud. & ſatis dicitur iudicatum cum cauſæ cognitione, ſi proceſſum eſt partibus præſentibus, vel citatis. l. in cauſæ. §. cauſa cognita. ff. de min. & quãdo iudex cognouit nondũ eſſe ꝓbatũ noluit purè cõdẽnare. Et adde ꝙ quando actor habet intentionem fundatam de iure: & reus dicit ſe habere probationes in partibus remotis. poteſt. reus condemnari ſub ĩconditione ſi non probabit exceptiones ſuas. Abb. in. c. in noſtra. quinta colũ. ver. ꝙ hîc recipiebatur. dẽ ſepul. per illum tex. quem facit ſingularem. & ſentit ꝙ ab iſta ſentẽtia nõ poſsit actor appellare. Et ſi diceres eſt contra ius litigatoris, cui reus nõ probãs debebat ſimpliciter condemnari: ergo ab ea tanquàm iniuſta poteſt appellari. reſpondetur ꝙ valuit dicta reſeruatio propter iuſtam cauſam. ſicut in caſu Bal. de iudice aſtricto à tempore. Ex quo diligenter no. quòd illud quod eſt dictum de appellatione permiſſa. non procedit vbi fertur ſententia ſub cõditione ex cã iuſta. Et intellige rem. dummodo cã exprimat in ſententia. per id quod no. Ab. in. c. proxi. iij. col. ver. quartus caſus. dicens iudicem recedentem à regulis iuris debere exprimere cauſam in ſententia. Adde etiam quòd valet ſtatutum Lucẽſe. ꝙ ſententia nõ poſsit ferri ſub cõditione implenda de futuro.

2 Pau. de ca. d. cõſi. xv. in prin. ¶ † Sunt tn̄ duo caſus. in quibus conditio indiſtinctè vitiat ſententiã Primus in conditione falſa. Ange. de are. in. d. c. biduum. per tex. cũ glo. in l. qui teſtamento. ff. de excu. tut. qui eſt incognitus legiſtis

a ſecundũ Ang. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. [3] de verb. ob. Tamẽ hoc voluit glo. in. d. l. qui' teſtamẽto. & ſentit Bald. in. l. j. antepe. col. ver. Item dubitatur. C. qui admit. ¶ Secundus caſus eſt qñ conditio eſt impoſsibilis. Imo. in. l. j. xiiij. colũ. ver. ſi verò adijciatur. ff. de condi. inſti. quia cũ lex vltra diſpẽſet tolerãdo ſententiam quando conditio eſt poſsibilis. d. c. biduũ. ſequitur quòd vbi eſt impoſsibilis ſumus in regula iuris. quod geſta contra legem ſunt nulla. l. nõ dubiũ. C. de legibus. Facit. l. ſi. ff. quæ ſen. ſine appel. re. & quia per ſententiam quaſi contrahitur. l. iij. §. Idẽ ſcribit. ff. de pecu. & impoſsibilitas vitiat cõtractum. l. nõ ſolũ. ff. de act. & obli. Et diſpoſitio facta de cõtractu trahitur ad quaſi contractum. l. apud Iulianum. in fi. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. ¶ Obſtãt duo. Primò text. in. d. l. j. ff. de cõdi. inſt. vbi conditio impoſsibilis in vltimis voluntatibus nõ vitiat. ſed vitiatur & reijcitur. & ſententia æquiparat vltimę volũtati. l. nõ eſt mirum. ff. de pig. act. & huic rõni acquieſcit Lud. in. l. impoſsibilis. de ver. ob. Sed tndet ibi

b Alex. ꝙ imò ſententia æquiparatur potius cõtractui. per d. §. Idem ſcribit. Vnde videmus ꝙ ſnĩa eſt ſtricti iuris [b] . l. j. & ibi doct. C. ſi plu. vna ſen. & ſic in ſnĩa fit ſtricta interpretatio: ſed in vltimis voluntatibus fit larga. c. cùm dilectus. de dona. ¶ Ob. ij. tex. in. c. cũ dilecti. verſus fi. de do.

3 & cõtu. † vbi ſi iudex mãdat vt cõpareas tali die: & hoc fit impoſsibile, nõ vitiat ꝓceptũ: imò teneris alia die cõparere. Et huic obiectiõi acqieſcit etiã Lu. in. d. l. ipoſsibilis. tndet Imo. i. d. l. j. ꝙ ille tex. loq̃ vbi (accidẽtaliter ſupuenit ĩpoſsibilitas: puta circa anguſtiã tp̃is, vel viarũ diſcrimina: non autem circa cõditionem. At hîc loquimur vbi à principio impoſsibilitas inerat. Neque eſt vera opinio vulgi. ꝙ ibi citatus fuerit pro die feriata prout incaute dixit Ang. in. l. ij. ff. ſi quis cautio. Quia imò fuit data dilatio vſq; ad talẽ diem feriatam. Quæ dictio vſq̃. includit ne ſequatur abſurdũ ſecũdũ Imo. & ꝙ excludat not. Bal. in. l. à calligato. C. de nup. & plenè Bar. in. l. patronus §. Sẽ-

c pronio [c] . de le. iij. & ita etiam declarat Bal. in. l. dies feſtos. C. de fer. & ideo ſi iudex vel arbiter ꝓciperet aliquid fieri i certã diem, & appareat tũc de impoſsibilitate, nõ tenetur iuſſus facere poſt diem. quaſi fuerint duo ꝓcepta

a ſecundùm Imo. in. d. l. j. per notata in. c. ꝓterea. de dila. & in. d. l. ij. ſi quis in ius voc. vbi citatus pro die feriata nõ artatur pro illa die, nec vllo modo: ſecus ſi ſuperuenit impoſsibilitas per illud. c. cũ dilecti. & iſta verba ſequit Alex. nõ tn̄ alleg. Imo. in. d. §. in vẽditione. & acutius inſiſtit Are ti. in. d. l. impoſsibilis. in. ij. colũ. diſcutiẽs vtrũ citatio ad terminũ impoſsibilẽ de iure & de facto reſoluat̃ in duo præcepta. ideſt quòd ſi die dicta compareri non põt, intelligatur aſtrictus comparere qũcito poterit. Et conſidera ꝙ ſi verum eſſet illud quod ipſe videtur firmare, licet non clarè: profectò obſtaculũ. d. c. cum dilecti. non eſſet ſolutũ in propoſito noſtro. & reuera ille tex. non probat b ꝙ prima pars ꝓcepti eſſet impoſsibilis tp̃e præcepti. Itẽ clarũ eſt ꝙ citatio, ꝑ die ĩ qua de iure vel de facto cõpareri nõ põt, eſt inualida. Inn. in. d. c. ꝓterea. omnes in. d. l. ij. Ideo non videtur artare ad cõparendũ qũcito compare c ri poterit: qa tũc eſſet valida. Et qñ aliq dicũt ꝙ citatio ad diem feriatum valet, & importat ꝙ cõpareat die ſequẽti: & ſic duo præcepta: iſta ratio eſt nimis groſſa ſecundùm

4 Bal. in. l. ij. in prin. circa medium. ver. ij. modo. ff. de hære. inſtitu. quia † ſi ratione diei inſertæ in citatione citatio reprobat̃ vt inutilis: ergo non cõtinet duo ꝓcepta ſecũdũ eum. Tamen plura eſſent in hoc dicẽda, ſi locus iſte pateretur: quia multi volunt quod imò dicta citatio operetur ꝙ die ſequenti. vt no. glo. in regula nemo poteſt. la. j. in ver. obligari. in fin. de regu. iur. in. vj. & Butrig. in. c. bonę. lo. ij. ij. colum. de elec. & Inn. Ioan. an. & But. cõmuniter in. c. ij. de feri. alij aũt de quibus. ſ. aliãs tenent contrarium. & fortè melius. per prædicta. Vnde non ſine cauſa communiter in citationibus apponitur clauſula. & ſi illa dies eſſet feriata, compareas die ſequenti. Sed quicquid ſit, etiam tenendo quòd abſq̃ dicta clauſula artet pro die ſequenti: reſponderi poſſet ad propoſitum. ꝙ illud qđ eſt dictum de ſententia habente conditionem impoſsibilem procedit in ſententia: ſed in citatione ſecus. per prædicta: nec citatio dicitur propriè ſententia. cùm nihil diffiniat. vt dixi in rubrica. ſ. eodem. ¶ Seruit etiam ad hanc materiam conſi. Pe. de anch. mihi. cciij. iudex. i. de iure iudicaturus. vj. colum. vbi latè firmat quòd omnis cõditio quę cadit in contractu, cadit etiam in laudo arbitratoris: eſt enim quidam contractus, non ſententia. c. quintauallis. de iureiu. vbi quinquies appellatur mandatum: poteſt autem contractus fieri ſub qualibet forma, & ſub conditione tam reſolutiua quã ſuſpẽſiua. §. emptio. inſti. de cõtrahen. empt. Vnde valuit arbitramentum ſub conditione reſolutiua: puta ſi quis intra menſem dixerit ſe grauatum fiat compromiſſum in arbitros nouos. vt ibi & in conſi. præcedenti. Et adde quòd ſententia. qui furtum fecerit ſit excommunicatus: ſi fertur ab homine, eſt conditionalis: ſecus ſi à ſtatuto. Bald. in. c. quo ad tranſlationem. vltima colum. de officio. lega. Et iſta ſententia hominis. excommunico te ſi furtum feceris non trahitur retro quãtum ad vinculum: quia eſt poteſtatiua. l. potior. & l. qui balneum. ff. qui po. in pigno. ha. poſt factum ſumit effectum. cauſam tamen formalem ſumit tempore pronuntiationis: & quantu m ad hoc ſpectamus principium tanquàm fundamentum. alleg. no. in. c. præterea ℟ requiſiſti. de app. Tu verò de hoc an & quando dies cõditionis extãtis

¶ §. duo fratres. Et ibidẽ ad hoc vide. d. Alexan. de Imo. ſ. ix. char. & in. d. c. biduum.

¶ Stricti iuris. Ad de Phil. ſ. in ru. e. ti. & quod ibi dixi in apoſtil.

¶ §. Sempronio. Et ibidẽ ad hoc poſt Bartol. vide omnino do. Ale. de Imo. cum concor. ibi per eũ datis. & i. l. ex facto. §. Itẽ q̃ro. in. ij. colũ. ff. de vulga. & pu. & in. l. j. §. nũtiatio. in. xij. colũ. in verſi. q̃rit etiã Io. de imo. ff. de ope. no. nũ. & Bal. in. d. l. ex facto. & adde Ray. in. l. fiiuſſa. §. j. & ibi vide gl. in verſiculo vſq̃. de le. j. & gemi. in. c. ſtatutũ. de preb. in. iiij. colũ. in ver. inducit etiã lib. vj. & Are. in. ca. ſi gratioſe. de reſcri. in. vj. & glo. in ver. vſq̃. de ord. ab epi. & Oldra. in ſuo conſil. xlix. nec. confueuit dubitari. & d. Sozi. in cõſi. inci. d. Fracisc⁹ ſyndicus. ver. quare aſſumo. cũ ver. ſeq. in. j. par. char. xlvij. & Ang. in. l. q certarũ. ff. de ver. obl. ad fi.

trahatur ad diē ſententiæ. diſtingue vt per Imo. poſt Gui. in cle. paſtoralis. ix. colū. ver. quærit hîc Guil. de re iudi. & &ibi Card. in princ. iij. colū. ver. quæro. circa hoc. Et iſta ſententia condēno re ad dandum ſicut vel ſecundū ꝙ cōſueuerunt tui anteceſſores. non eſt conditionalis. Bald. in l. eum qui. §. Iulianui. ff. de conſti. pecu. Et valet iſta ſententia. pronuntio inter vos diuortium: donec viro iuſto accuſatori placuerit. Inno. in. c. de illa de diuor. & ibi extol lit Car. & Alex. de neuo. Et valet iſta ſententia Abſoluo te à iuramento, ita vt nō intelligaris abſolutus, ſi nō probaueris cōtractum vſurariū. Bal. in. c. j. iiij. col. de iureiu. alle. l. prætor. §. controuerſia. ff. de dam. infec. &. l. vulgo. ff. de admi. tu. Et de ſentētia ſi actor probauerit ponit remiſsiuē Lu. in. l. admonēdi. ix. col. ff. de iureiur. & de conditione reſolutiua qñ vitiet: vide late Alexan. poſt alios in. l. Iudex. pe. col. ff. de re iudi. poſt Bart. ibi. quem vltra Alex extollit Ab. in propoſito in. c. in literis. ante mediū. ver. & intantū hoc eſt verū. de offi. dele. & de ſentētia. Cō demno vel abſoluo prout quis ex actis venit condēnandus vel abſoluendus. dixi in. c. cum venerabilis. de excep. Et ſcias quod Ange. de are. in. d. c. biduū. iiij. col. conatur inducere illum tex. contra alios. ꝙ nō valet ſententia ſub conditione extrinſeca. [a] Et ad materiam non ob. regula actus legitimi. de reg. iur. in. vj. quia loquitur in actibus in quibūs reperitur hoc expreſſum in iure. ꝙ non poſsint eſſe conditionales. Extra illos alij poſſunt eſſe. vt ibi traditur. & dixi in. d. c. cum cōtingat. poſt Car. in repe. c. perpendimus. ad fi. de ſen. excom. & adde tex. in. l. & ſi conditionalis, ff. de aut. tu. Bald. in. l. j. antepe. col. C. qui admit. Bart. in. l. cum propter. ff. de leg. præſtā. Imo. in. l. prætor. in prin. ff. de dā. infec. qui ponunt de decreto conditionali. Demum de differentia inter excommunicationem cō ditionalē, & alias ſententias conditionales. Et qūo in illa non trahitur cōditio retro, in alijs ſic. vide latè Phil. in. d. c. prēterea. iij. col. de appel. ¶ Sententia iniuſta [b] trāſiens in rem iudicatam non obligat victum naturaliter. Abb. hîc poſt Bart. in. l. ab eo. C. quomodo & quando iu. Quia etiam qui potuit appellare fortè acquieuit nō ſponte: ſed lites execrans. iuxta. l. Item ſi res. in fi. ff. de alie. iudi. mu. cau. fact. per quē tex. dixit Ab. in ſimili in. c. ſi quis contra. in. xvj. colū. de fo. cōpe. ꝙ per cōmiſsionē factam à iudice recuſato nō videtur pronuntiare ſe ſuſpectum. & ſequif dictū Bar. in. d. l. ab eo. Simile eſt quod dixit Inn. in. c. accedentibus poſt prin. de priui. cum iſtis concor. Bal. hîc per iſtum tex. in verbo. *per interpretationem*. quod ſignificat fictionem. & ſic non conſentit verè: & eſt conſenſus non appellādi, non autem ſoluendi, vel promittendi. Idē Bal. in. d. l. ab eo. poſt prin. quia hîc deficit cōſenſus: cùm non præſtetur ſimul. quia victor ſtatim conſentit, victus autē poſt decendium. ¶ Conſidera ꝙ etiam poſt decendium victor cōſentit. & verū eſt dicere etiam tunc ambos conſentire: niſi intelligas Bal. ꝙ non conſentiūt ſimul. i. facie ad faciem. Idem etiam Bal. in. l. eos. §. ne temerè. in fi. C. de appel. dicens quòd ne ꝙ abſolutoria ne ꝙ condemnatoria producit naturalem obligationem: quia deficiūt principia productiua naturalitatis. Idem Bald. in. l. ex hoc iure. pe. colum. ff. de iuſt. & iur. dicens quòd ſi ſententia funda tur ſuper opinione ſeu pſumptione boni & æqui: tamen veritas eſt in contrarium, nō oritur obligatio naturalis. ſecus ſi verè ſuper bono & æquo. vt latius per eum. Cum iſtis concor. Bar. in. l. j. pe. colum. ff. de condi. inde. & in. l. cum quis. antepe. col. C. de iu. & fac. igno. dicens ex ſententia condemnatoria oriri ſolam obligationem ciuilem cui lex dat auxiliū & fomentū: quòd cōtra eā nulla orif exceptio. & ideo Ab. in. c. fi. xij. col. ver. ſed circa prædicta. §. ti tu. proxi. firmat quòd victus per ſentētiā iniuſtā quæ trāſiuit in rē iudicatā, præſcribit etiā cōtra victorem nō petētem intra. xxx. annos. Sed quòd imò inducatur obligatio naturalis, firmat Barto. in. l. Iulianus verum debitorē.

xj. col. ver. quid ergo dicēdum. ff. de cōdi. inde. non ex cōſenſu: qui quātū ad hoc nihil operat in ſentētia. vt ibi per eum paulò antè. in ver. mihi neutra iſtarum. Sed quia ſententia inducit naturalē obligationem ex æquitate iuriſgē tium, q̄ eſt vt maioribus iudicātib⁹ pareamus. c. ij. de maio. & obe. cum ſi. Sed iſta verba Barto. intelliguntur de quadam naturali lata, ſed vera, oriens ex cōſenſu nō ineſt in ſententia. cum iudicium reddatur in inuitum. ita Imo. iu. l. j. ij. col. ff. de fideiuſ. & eſt naturalis ficta, qñ potuit appellari: ſed vbi non potuit, nulla eſt naturalis ſecundū eum: vel ſecūdū Sal. in. d. l. Iulianus. naturalis nō oritur ex conſenſu accommodato prolationi ſententiæ. neq; ex eā tate iuris: ſed ex eo: quia prouocās ad iudiciū & prouocatus videntur cōſentire vt cā iudicialiter agitanda terminetur per ſnīam: ex quo mutuo conſenſu reſultat quidam quaſi contractus naturalem inducēs. ar. l. iij. §. Idem ſcribit. ff. de peculio. Conſidera. quia cōſenſerūt in iudicem vt iudicaret, nō vt ſic iudicaret. vt in ſimili fuit dictum in c. pcedēti. & ideo de cōſenſu victi non apparet clara reite ratio. ¶ Præterea iſtud nō infert quòd ſententia inducat naturalē. ſed ipſe quaſi contractus. Ideo indiſtinctē tene cōmunē opi. quia ſicut abſolutoria iniuſta nō tollit naturalem. d. l. Iulianus. ita condēnatoria iniuſta eā non inducit. ex quo ſequuntur magni effect⁹, præcipuē reſpectu cō ſcientiæ. vt traditur in. c. quia plerīq; de immun. ecc. vbi verò ſnīa eſt iuſta, ꝓſupponitur naturalē ineſſe ex ipſa materia cauſante ſententiam. Ideo ſententia eam non germinet. dixit tamē Lu. in repe. l. j. in fi. ff. de cōdi. inde. quòd ſi partes exp̄ſsè approbarent ſententiam, bene oriretur naturalis vera. aliàs tranſit cum communi. Et hęc nota. quia clarius nō inuenies. Et adde q̄ dixi in. c. cū inter. in prin. §. eod. ¶ † Propter difficultatē huius tex. in ver. *taliter*. & in ver. *& quæ ab initio*. redditur dubiū Inn. hîc ſatis tritū ad limitationem. l. ad ſolutionem. C. de re iud. dum dixit quod recipiēs terminū licet videatur renuntiare appellationi interpoſitæ, nō tñ interponēdæ. & quāuis Butri. & Ab. hîc in ſua diſtinctione ſentiāt oppoſitū: tamē Ab. ſuper gl. in verbo. *artari*. ſentit cū Inn. dūmodò cōdēnatus hūc terminū nō petierit, ſed ſimpliciter receperit nō cōtradicēs: & hoc dictum Inno. ſequitur etiam Imo. in. l. iiij. §. ſi quis condēnatus. ff. de re iudi. & Butr. Ab. Imo. & Domi. in. c. gratum. de of. dele. & Lu. in Rubri. de arbi. xxviij. col. ver. ſubſequēter quæro. & Flo. in. d. l. ad ſolutionē. Et idem no. Hoſt. in. c. ſignificauerūt. de teſti. quem ſequitur ibi Ab. in fi. poſt Io. an. & alios. & dicit ibi Car. verſus fin. quod hoc eſt nota. dignū. Eſt verum ꝙ An. de are. in. l. cū ex cauſa. ij. col. ff. de app. reprobat Inn. hîc ſecutus gl. in. d. l. ad ſolutionem. Quia nō poteſt dari ratio differētiæ: nec plus debet poſſe operari tempus datum ad appellandum quā ipſa appellatio: imò à pari iudicantur. gloſſ. in. l. j. in prin. ff. nil no. appel. interpo. & in. l. furt. ff. de infa. Vnde ſicut per actū contrariū renūtiat ipſi appellatiōi interpoſitæ. d. c. gratum. ita tempori dato ad appellādū. tñ ſequere Inno. cuius opi. eſt cōmunis. vt etiā per Phili. in. c. dilecto. x. col. de appel. ¶ † Limita primò dūmodo (vt dixi) recipiat terminus ad mādatū iudicis. ſecus ſi ſponte petat: quia tunc renuntiat petens etiā appellationi interponendę ſecundū p̄dictos. Et idem no. Abb. in. c. ſolicitudinem. ad fi. de appel. Et domi. in. c. fi. §. j. de appel. in. vj. vbi tamē conſuluit quòd etiā recipiēs ſimpliciter terminū, ꝓteſtet ꝙ ſit ſaluū ius appellādi, ſuper quo vult deliberare. & hāc limitationē tenēt etiam Doc. ſtatim allegandi. ¶ Limita ſecundò & fortiter. † niſi ille q̄ ſimpliciter recipit terminum vt obediat, habeat ex tali receptione expedire actū executiuum condemnationis. puta ad ſoluēdū id in quo eſt condēnatus: quia renuntiat appellationi etiam futurę. ita Domi. in. d. c. gratum. & Butriga. & Abb. hîc. & Rot. poſt Io. de ligna. de renū. ij. in nouis. Et Abb. in. d. c. ſolicitudinem. & Nic. mil. in repertorio. fo. iiij. in fi. Cōtrariū tenet hîc

¶ Extrinſeca. Ad de Pau. de ca. in conſi. xv. inci. pro clariori examinatione.

¶ Sentētia iniuſta. Adde tu quod Inno. i. c. qa plericq. de immu. ecc. dixit ꝙ ſentētia iniqua nō obligat in foro conſciētię. & idē dixit Ioan. an. in. c. quod ſicut. de ele. Flor. in. l. cū putarē. ff. ſa. erc. in prin. Bal. in authen. ad hęc. C. de vſu. in pe. colū. in ver. ita dubitatur. adde etiā do. Ab. in. c. j. de conceſ. prēbē. in. ñ. col. in ver. ñ. caſu. vbi dicit ꝙ ſi ſententia eſt declaratoria, vt puta quia ſententia eſt lata pro vno, & adiudicatū eſt ei bñficiū: ſed iniuſtē: ſi is ꝙ quo lata eſt ſnīa habet notitiā iniuſtitię: non poteſt ſalua cōſciētia illud beneficiū retinere. quāuis talis ſententia tranſiuerit in rem iudica.

tenet hîc Imo. per iſtū tex. in ver. *taliter*. vbi præſupponitur ꝙ añ. x. dies iſte potuiſſet appellare: & tñ acceptauerat terminū ad ſe purgandum. qđ ꝓpriē reſpiciebat executionē ſnīæ. Eſt verum ꝙ iſta inductio poſſet euitari. vt hîc per Ab. in. v. col. dū dat intellectum ad iſtū tex. ꝙ fuerit vuica ſnīa. & qđ imò Papa in iſto ver. non ſentiat iſtū potuiſſe appellare. Tñ opi. Imo. ſequif diligēter Are. in. d. c. ſignificauerūt. iij. col. probās nō imputari huic acceptāti terminū. ſecus ſi petijſſet. inducit inter alia. c. ſubortaj. eo. & ibi Doc. Vbi qui iudicat inter duos ſup re pertinenti ad ipſum, nō ꝑiudicat ſibi: quia hoc facit ex neceſſitate officij. ita iſte coact⁹ parere iudici quouſq; appellabit, nō videf iuri ſuo renūtiare, ſed velle interim deliberare appellādū ſit an non. Facit dictū Bart. in. l. j. §. hoc interdictū. ff. ꝙ vi aut clam vbi dicit ꝙ ſi ex forma ſtatuti cōtra inſtrm nulla poteſt opponi exceptio, pōt ſoluens poſteà repetere p cōditionē inde biti: quia nō videf renuntiaſſe iuri ſuo, ex quo cogebaf præciſē ſoluere: & ꝓbatur in. c. debitores. de iureiu. Facit. c. ab arbitris. cū ſi. de off. dele. vbi ſuccurrif facięti actū ex neceſſitate. Nō ob. iſte tex. ibi. *ab initio ſponte*. vbi acceptatio termini dicif act⁹ ſpōtaneus: ergo debet operari idē qđ operaf teminus à parte petit⁹: quia rīdet. Are. dupſr. Primo ꝙ in iſta acceptatione ſunt duo. Vnū ipſa acceptatio termini. Aliud acceptatio breuioris termini. Primū fuit neceſſariū ex quo lata fuit ſnīa. Sdm non erat neceſſariū: quia poterat dicere pars, termin⁹ eſt nimis breuis. c. j. de dila. Et ió ſolū illo reſpectu termin⁹ dicif ſponte receptus. Sdō reſpondet ꝙ licet dicaf receptus ſponte aliquo reſpectu, quia pars appellādo poterat euitare hāc aſſignationē termini: tamē nō dicitur ita ſpōtaneus actus, ſicut ſi pars peteret vltro terminū à iudice. quia hoc vltimo caſu actus eſt ſpontaneus abſolutè. In primo eſt neceſſarius, inſpecto ſtatu p̄ſenti, antèquā quis appellet: ſed ſpontane⁹, ꝓpter facultatē appellandi, quā habuit ille priuſquā aſſignaret termin⁹, & priuſquā acceptaret. Nō eſt ergo diſtinguēdum inter actū executiuū ſnīæ & aliū actum: ſed vtrum quis petat terminū vel recipiat: & ſic ad mādatum iudicis: an ſponte ſcdm ipm. Sed certè negari nō pōt qui iſte tex. ibi. *& quæ ab initio*. & ibi. *non audietur appellans*. fortiter vrgeat cōtra Inno. & ſequaces. ꝙ imò recipiens ſponte terminū in actu executiuo grauaminis, videaf renūtiare appellationi interponēdæ: tanquam faciēs actum ſpontaneum, & ita importantem cōſenſum vltroneū, ſicut ſi petijſſet terminū: & in illo qui petijt nō habet locū dictū Inno. vt in prima limitatione. ergo nec in iſto. Nō dicas prout ali q. š. allegati. ꝙ verbū ſponte. denotet iſtū condemnatum petijſſe hūc breuio ré terminū: quia iſta ſtāt ſimul. ꝙ aliud ſit petere: & aliud datū reci pere ſponte. & tñ receptio interpretaref ſpontanea, attento p̄ſenti ſtatu. nā eo ipſo ꝙ verbis acceptat, ſemp videf ſponte acceptare, vñ nō ſine cauſa. ꝓpter iſtū tex. multū ſe intricat Imo. hîc, neq; dicas qđ tex. non negat quin potuerit appellare intra decem dies à ſentētia lata ſecundò loco in ciuili: ſed ꝙ nō potuit appellare à breuitate t̄poris ſponte recepti: quia ꝙ hoc nō ſaluares Inn. & ſequaces, volentes ſimpliciter ꝙ acceptās terminū adhuc poſſit appellare. Sed vide reſtur dicendū ꝙ aliud ſit recipere abſq; cōditione ſub ſolo ſilentio. & ita loquaf ver. *taliter*. aliud ſponte. & ſic loquaf ver. *& quæ ab initio*. & hoc mō limitabit Inn. nō ſolùm in petente terminū vt. š. in j. limitatione. ſed etiā in acceptāte nō ſimpliciter, ſed ſponte. i. voluntariè & approbatiuè. quo caſu videtur renūtiare appellationi interponendæ. & ſaluabitur iſta. ij. limitatio. vt habeat locū in eo qui expreſsè approbat aſſignationē termini, quāuis nō petiti. ſed impugnationes factæ ad ipſam procedāt, qñ ſimpliciter aſſignaf ei ter minus, cui nō contradicit. & ad iſtū tex. in prin. in ver. *xx. dies vel amplius ſine contradictione recipiens*. iuncto ver. *taliter*. vbi innuif ꝙ iſte recipiens terminū poterat appellare poſt receptionem intra decendium. rñ. def vt hîc ꝙ Ab. in ver. ſi verò intelligimus. poſt Butr. hîc. dādo ītellectū ꝙ iſte tex. ponat vnam tñ fuiſſe ſnīam. & ꝙ imò non voluit tex. dicere ꝙ poſſet intra decendium appellare. ſed ponderauit lapſum decendij, ad faciliorem excluſionē appellatiōis. vel dato ꝙ in primo caſu huj⁹ decre. potuiſſet appellare non obſtante receptione termini. dicemus qđ fuerūt duæ ſnīæ. & in prima nō interuenit acceptatio termini ſpontanea & approbatiua. ſed ſimplex abſq; cōtradictione, vt pareret iudici. Cōſidera etiam quod Inn. loquif qñ fuit lata ſuīa. & poſteà ad eius executionē aſſignaf termin⁹. & dicit ꝙ ſi pars ipſum non petierat, poteſt appellare à ſnīa. Sed in ver. *& quæ ab initio*. nō fuit talis caſus. ſed dicif quod ſponte acceptādo breuem terminum, non auditur appellans. & ſic non quæritur ibi an à ſnīa poſſit appellare. ſed an ab ipſa aſſignatione termini. & dicitur quod nō. ex quo ſponte acceptauit. Nec eſt mirum: qa nō tenebaf ipſum acceptare adeo breuē. vt. c. j. de dila. & ideò ipſa acceptatio meritò debet operari approbationem & renuntiationē appellationis quò ad illum terminum. Sed nō dicitur ibi quod non poſſit appellari à ſnīa, quæ eū cōdēnauit in ciuili. vt etiā ponderat hîc Imo. multa ſuper iſtis inculcās. ¶ Datur alia limitatio vltra prę dictam limitationē ad tex. in. d. l. ad ſolutionē. videlicet in appellāte ab excōicatione, & eam obſeruāte. quia nō renūtiat appellationi. Debuitlem obſeruare, cū nō ſit ſuſpenſa per appellationē. But. poſt Imo. in. c. olim. lo. iij. ij. col. de reſt. ſpo. Maximè ſi ꝓteſtetur ſe appellationi non renūtiare. & quia timet an excōicatio teneat, eam in dubio obſeruat. & idem Imo. ibi in no. & ibi. excōcatus nullum actum facit: ſed tolerat ſimpliciter excōicationē, ꝓteſtatio non eſt de eſſentia. ſecus vbi facit actum poſitiuū obediendo: vt ibi ꝑ Ab. in. iij. col. ¶ Limita etiā tex. in. d. l. ad ſolutionem. Dummò dilatio fuerit petita ex certa ſcientia. ſecus ſi per erroē. Bal. & Sal. ibi p. l. ſed & ſi quis §. fi. cū ibi notatis. ff. ſi quis cau. & ad illam. l. adde etiā no. dictū Rota de reſti. ſpo. xij. in antiquioribus. vbi dicit quod ſi ſpoliat⁹ dat terminū ſpoliatori ad reſtituendum fructus rei reſtitutæ, poteſt ſpoliator agere poſteà petitorio: licet dicat ſpoliatus. nō ſum plenè reſtitutus. Mouetur per. d. l. ad ſolutionē. quia dādo terminum, videtur renuntiare illi exceptioni. Adde etiam ad legē ad ſolutionē. quod etiam ſi non dñs, ſed eius procurator petit dilationem, cenſetur renūtiatum appellationi in prædiucium dñi. ſcdm Egi. deci. cxxxvij. ꝓcurator. de comparēte autē corā iudice ad quē, an & qñ videatur renuntiare appellationi interpoſitæ. dixi ꝑ plures fallentias in, c. gratū. de offi. dele. & in. cū veniſſet. de teſti. & per hæc poteris apoſtillare apoſtillantes. d. l. ad ſolutionē. ¶ † Quadrimeſtre de quo hîc. poteſt ꝓgari etiā ſine cā: licet nō arctari ſine cā, & grauatus ex hoc pōt appellare. Ab. hîc. adde Ang. in. l. debitoribus. ff. de re iudi. & Iac. de bel. in §. j. in authē. de exhib. re. colla. v. Facit glo. in. c. quæreti. de offi. dele. in verbo quadrimeſtre. ibi. aliās nō debet arctari à cōtrario ſenſu dic cōtrā ſcdm Paū. de ca. & Alex. in. l. iiij. §. ſi quis condemnatus. ff. de re iud. quia prorogatio & coarctatio æquiparantur in ꝓpoſito. l. ij. ff. eo. ti. Pro hoc. quia vbi diſponitur contra regulas iuris in caſu fallentiæ, debet exprimi cā illi⁹ fallentiæ. l. ij. in fi. cū gl. & ibi Bar. ff. de in ius vo. vnde glo. in. d. §. ſi quis. intelligitur, vbi iudex in prorogatione expreſſit cauſam, quæ quāuis nō ſit iuſta, tenet prorogatio: ſi non appellatur. ita Alex. ibi dicens non poſſe aliter ſaluari Ab. hîc. ¶ † Habens iſtud quadrimeſtre, & omnem aliam dilationem legis cauſa miſerationis, tenetur ſatiſdare de ſoluēdo in termino. Ab. hîc eleganter. Et ſequitur ſimpliciter Frā. de are. in. l. ita ſtipulatus. xxxvij. colum. ver. & attende de ver. ob. adde text. in. l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſol. mat. & limita ſecundùm Ang. & Imo. ibi. & Imo. in. l. ij. in princip. eo. titu. hoc eſſe verum in dilatione conceſſa à lege cauſa miſerationis ad ſoluēdum. Secus in alia dilatione quæ ineſt obligationi: vel ex conuentione, vel natura contractus. quæ quomodò differant latè ponit Barto. in. d. l. ita ſtipulatus. pe. char. ibi. quid dicemus. de ver. oblig. Nam in illis ſatiſdatur cauſa cognita. ſ. ſuperueniēte iuſta cauſa ſuſpicionis. aliās non. l. in omnibus. ff. de iudi. iuncta. l. ſi creditores. ff. de priuile. credi. & licet Alexan. in. d. §. quoties. in lectura antiqua. reprobet hanc limitationem: tamen in additionibus nouis ſequitur eam reſpondens dupliciter iuribus antea allegatis. quæ in voce referam. Primò ex doctrina Bald. in. l. vniuerſa. C. de præciſ. impe. offer. vbi dixit quod habens à lege dilationem non debet cauere vel ſatiſdare. niſi in caſibus à iure expreſſis. & iſti erunt in illis iuribus. Secundò reſpondetur quod aut volens vti legatione legali eſt ſuſpectus. & cauſa cognita præſtet cautionem cum fideiuſſore. d. l. in omnibus. aut non eſt ſuſpectus: & ſufficit ſimplex cautio nuda ſecundùm Cyn. in. l. j. ad fin. C. vt in poſſeſ. leg. Et probatur in. l. diuortio. §. interdum. in princi. ff. ſolu. matri. Et generaliter quando habens dilationem teneatur ſatiſdare. vide latè Bald. in. d. l. vniuerſa. & omnino Ange. in. d. l. in omnib⁹. & dicit Bald. in. l. ſi debitori, ff. de iudi. quod ideò dicitur illa dilatio miſerationis cauſa. quia nō venit ſecundùm naturam contractus ſed ſolo fauore ipſius rei.

Et quod dicit ibi Bar. de captura. est verū scdm Bal. ibi. ꝙ potest interim capi rōne satisdatiōis, nō rōne debiti: iō prius debet cōstitui in mora sup ipsa satisdatione nisi: esset suspect⁹ de fuga. Et adde ꝙ si creditori pōt esse cōsultū aliter q̄ per cautionē, nō cogit debitor cauere. Ange. in d. l. in oībus. Et ibi ꝙ nō subsistente causa petendæ cautionis in dilatione data nō ex cā miserationis nō est cautio præstāda. Et præstari debet cautio de soluēdo adueniēte diē. vel si non habet fideiussorē sub hypotheca bonorū. ita Ange. in. l. j. aliās fi. ff. qui satisd. cog. Et dicit Bal. in l. fi. C. de execu. rei iudi. ꝙ si in casu. d. l. si debitor[a] nō potest debitor statim soluere, faciat creditorē securū datis fideiussoribus. quos tñ offerre non tenet, nisi iubēte iudice: qui fortè videṡ eum locupletē hoc nō præcipiet. Si aūt est suspect⁹ de fuga, det fideiussorē, aut subeat carcerē. scdm eū. & circa dictos decē dies dandos debitori cōfesso. vide oīno Firma. in repertorio. in verbo debitor soluēs. in. v. colū. ver. debitor cōfessus. Et qd no. Are. in. d. l. ita stipulatus. ponēs ꝙ si iudex videt cōfessum posse tūc soluere, nō debet ei assignare terminum. alleg. gl. & Bal. ibi. & Bald. & Moder. in. d. §. quoties. Vtrum aūt quadrimestre de quo hīc, faciat ꝙ interim nō currat annus. de quō in authē. hoc amplius. C. de fideiuss. vide Bal. ibi in. ij. col. ver. sed ego q̄ro. ¶ † Nō deuenit ad captūrā habētis sufficiētia bona. Glo. trita in. l. iij. §. tutores. ff. de suspec. tu. Ab. hīc limitādo materiā. Illā gl. sequuntur Bar. & Bal. ibi. & in. l. j. C. qui bo. ce. pos. & Bar. & Ang. in. l. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. xj. prēter, quā in casu illius legis. Illā gl. sequitur etiā Bal. in. l. etiā. in. vj. col. ver. sed nunquid Abbatissa. & in. l. ordo. vl. co. C. de exe. rei iudi. & in. l. j. in fin. C. de iudi. & fac. igno. & in. l. fin. ff. de in ius vo. & Ang. in. l. debitoribus. per rationē illius tex. ff. de re iudi. & Bal. in add. Spec. in ti. de execu. sen. in prin. & Imo. in. c. Odoardus. in. v. col. ver. & aduerte quatenus dictū est. de sol. & Pau. de ca. in. l. iiij. ad fi. §. j. ff. de re iud. † Licet subdat ꝙ per statuta ꝓuidetur qd etiam habēs bona possit capi. nisi eis cedat. vt etiā dicit Abb. hīc. & in. c. lator. in prin. de pig. Illā gl. approbat etiā Alex. cōsi. mihi. ccxcix. circa primum dubium. in fi. & pulchrè Lud. cōsil. ccxlj. spectabiles dñi. iiij. col. ver. dicit aūt secundò. & rñdet ad. l. j. C. qui bo. cæ. pos. dicētem condēnatos nisi bonis cesserint detrudēdos in carcerē. quia supplet ex sniā dictæ gl. f. facta prius bonorū excussione. & ita etiā rñdet ad gl. in authē. de fideiuss. §. qd aūt. ver. sed hæc quidē. in ver. cēdere. colla. j. ad hæc vide etiam Bal. in. l. cōsentaneū. vj. col. ver. quæro vnà cum Butr. C. quō & qñ iud. dixit tñ Imo. in. l. à diuo pio. §. in vēditione. ff. de re iu. qd de iure fororū vel codicis esset falsa. gl. in. d. §. tutores. ꝓ. d. l. j. cū gl. C. qui bo. cē. pos. vbi habens bona subijt carcerē, nisi eis cædat. sed saluat illā glo. de iure nouo ꝓ text. in §. qd aūt. in authē. de fideiu. vbi creditor cogit recipere in solutū bona quæ sunt de meliorib⁹ bonis debitoris. sed Sali. in. l. cū & filijfami. C. qui bo. cē. pos. indistinctè reprobat dictam gl. ꝓ illū tex. Est verū ꝙ ad illū tex. & ad. d. l. j. rñdebat Alex. in. d. §. in vēditione. ꝙ ibi nō habebat bona sufficientia. sed quia hoc est diuinare. iō Alex. ibi in add. nouis. in. vj. col. reprobat illam gl. Pro qua nihil facit tex. in. d. §. quod aūt. quia loquitur quando debitor sua sponte volebat satisfacere, offerendo bona. nos in eo qui recusat, vel est contumax soluere. qui etiam habens bona carcerari potest. & idem firmat Ang. de are. insti. de ac. §. fi. iij. col. addens ꝙ iura alleg. per dictam glo. loquuntur qñ quis ꝓ crimine esset criminaliter puniēdus. quia tūc si nō pōt soluere luat in corpus[b] l. j. in fi. ff. de pœnis. non autem iutendit dicere id ad quod allegatur secundùm eum. Et in criminalibus non astringitur corpus ante excussionem bonorum: quia esset actus irreparabilis reddens superfluā excussionem: non sic in simplici carceratione in ciuilibus, per quam citius refrenatur contumacia debitoris. & idē sentit Barto. in. l. cum in eo. ff. ad. l. iul. pecu. dixit tamen Alexā. vbi §. quod periculosum esset in practica recedere ab opinio. glo. in. d. §. tutores. ¶ Si fiat arctatio huius quadrimestris sine causa, supplet̄ur à lege, omnes. hīc. adde Bald. in. l. fi. ij. colum. C. de execu. rei iu. vbi dicit quod si iudex assignauit. v. dies in casu. d. l. si debitori. cū de consuetudine approbata debuisset assignare decem, lex supplex alios quinq̄. Similiter dicit Bald. in. l. si ea. in fin. C. qui accusa. non possū. quòd si per statutum debent dari octo dies bānito prius, quā habeatur pro confesso, & iudex per errorem assignet sex, statutum supplet quod solùm post octo dies habebitur pro bannito. & sequitur Pe. de anc. in repetitione. c. j. xj. char. in ver. Item quero statuto cauetur quod reus. de constitu. Certos† autē casus in quibus nō datur hec quadrimestre: enumerat Alex. in. d. l. debitoribus. ff. de re iud. dic vt ibi. quia nihil adderem. Soleo referre in. c. quærenti. de offi. deleg. & ad illum casum de sententia lata in iudicio criminali. vt ibi non detur quadrimestre. confirma. vt per Areti. qui in hoc copiosē insistit in. l. ita stipulatus. xxviij. colum. ver. sed nunc restat declarare. de ver. obligo. Item ad illum casum vtrū obligato ad speciem detur hoc quadrimestre. vide Barto. quod fic. in. l. j. in fi. C. de execu. rei iud. & latè insistit Are. quem videre potes in. l. continuus. §. illud. v. col. ver. adde secundò inquantum. de ver. ob. & ibi subiūgit an hoc tps detur condēnato ab arbitro. post gl. & Bar. in. l. si cū dies §. si intra. ff. de arbi. & ibi etiam latè impugnat dicta Barto. in. l. quoniam nonnulli. in princip. C. de appel. vbi dixit nō dari hoc tps desertori appellationis. & ipsum etiam impugnat Alex. contra Ludo. cū sequentē in. l. j. §. si quis ita. iij. col. de ver. ob. & Alex. in. d. l. de bitoribus. in lectura impressa. & cōtra Bal. tenet Sal. in. l. ij. C. de tēpo. ap. quia deserta appellatione perinde est ac si non; fuisset appellatum. l. fi. §. illud. C. de appel. Nec ob. d. l. quoniam. in verbo mox. C. de appel. quia loquitur in debitoribus fiscalibus. in quibus procedere potest hæc limitatio. vt ibi dicit Sali. & videtur facere. l. ij. C. de execu. rei iud. ibi: vel si prouocatio porrecta fuit à die confirmationis sniæ. vbi datur quadrimestre post confirmatam suiam. ergo pariter post desertionem q̄ cōfirmat sniam. ¶ Remedia aduersus excessiuam executionem prosequere vt ꝑ Ab. hīc. post Bart. & alios reassumptis certis punctis difficilioribus. Et primò dum dicit Ab. quod transgressio ordinis posita in. d. l. à diuo. §. in venditione. non est nulla, sed debet appellari. Adde pro hoc Butri. post Ioan. in. c. quoniam. §. fi. j. col. ver. quid si hīc ordo. vt lite nō conte. & Bal. in authen. sed hodie. ij. colū. C. de act. & obli. vbi dicit quod si est erratum in discussione, tenet processus. nisi appellet. alleg. Bart. in. d. §. in venditione. & dicit Bal. in. l. j. C. si ven. pig. agatur. ꝙ si nūtius retulit esse tantū in bonis debitoris, & erat plus: iste error discussionis non vitiat. Dic contra[c] scdm Imol. in. d. §. in venditione. ꝓ illum tex. iuncta. l. non dubium. C. de legi. Pro quo facit. quia scdm Alexan. ibi nō est verū ꝙ ordo illius §. respiciat fauorē partis condēnatæ. Vtili⁹ em̄ esset sibi executionem pri⁹ fieri in noibus debitorum, quàm in bonis mobilibus. l. magis puto. §. ne passim. ibi: quere. ff. de rebus eorum. & videtur potius. d. §. posuisse formā. ergo cōmissio executionis tanquā habens in se exp̄ssum errorem iuris est nulla. [d] sicut de citatione dicit glo. in. c. veniens. de accu. & Innocen. in. c. prætereà. de dil. cum concor. Et vltra eum adduco. quia text. in. d. §. in venditione. ibi. ꝙ si nulla. loquitur conditionaliter. ergo dat formam. Bal. in authen. matri & auiæ. ij. col. C. qñ mu. tute. off. fungi potest. dicens ꝙ conditio q̄ apponit̄ per. l. nunquā dicit cōtinere solēnitatē leuē. Imò oportet quod conditio existat. Facit dictū Bal. in. l. comparationes. iij. op. C. de fide instru. vbi dicit ꝙ omnis forma tradita à lege, debet in dubio cēseri subst̄ātialis de essentia act⁹. & eius omissio vitiat ipso iure. & hæc probant idem esse in nuntio

transgrediente

a ¶ L. si debitori. Et ibidē vide ad hoc oīno. d. Alexā. de imol. vbi plenè.

b ¶ In corp⁹. Adde Ang. in. l. si qs id qd. ff. de iud. om. iu. p illum tex. & ibi vide Lud. pōt. & gl. in. l. si vnus. §. si seru⁹. ff. de in iu. & Alex. in. d. l. fi. de in ius voc. & in. d. l. si qs id qd.

c ¶ Dic cōtra. Adde tu & dic quod Imo. in. d. §. in vēditione. nō firmat pedes: imò dicit ꝙ tanta est authoritas Bar. & Ioān. quod fortè in practica seruaret opi. eorum.

d ¶ Est nulla. Adde d. Sozi. in consil. clviij. inc. Visis ꝓcessu, sentētijs, & cōsilijs. ver. secunda tō est quia. in ij. parte. char. xiij.

trāsgrediente ordinē. Aduerte tñ dū dicit Alex. paulò añ. ꝙ ordo. d. §. in vēditione. nō respicit fauorē condēnati. quia hoc nō habet locū inquantū dicit ibi. ꝙ in bonis mobilibus debet seruari ordo, vt prius capiatur quod minus nocet debitori. vt ibi ꝑ glo. nam per hoc videtur ꝙ ille ordo sit inductus in fauorem debitoris. vt expresè firmat hīc Ab. antepe. col. ver. Item dicit ibi gl. & si tu diceres. quod imò totus ille ordo est in fauorem debitoris. & ꝙ ita sentit Ab. in verbis præcedentibus ibi. & sic cū verset vtilitas partis &c. Certè istud est redarguere Ab. de errore ꝑ d. l. magis puto. & ideò intelligas illa ver. ipsius in creditore petente executionē. nam dicit Ab. ꝙ si iudex præposteraret ordinem executionis incipiendo à noibus, grauaret partem. s. victricē: nō victā. patet dum dicit illū ordinem inuentū, vt citius fiat executio. & sic fauore actoris. qui etiam ab inordinata & excessiua executione appellare potest. licet in alijs membris huius materiæ. Abb. loquat̄ de
13 appellatione victi. cōtra quē fit executio. ¶ † A pronuntiatione iudicis de exequēdo potest appellari: licet nō ab executione. Ab. hīc. & gl. j. in. l. ab executore. ff. de appel.
amiſiſſe. ſed etiā qūtitatē dotis per teſtes deponētes de tenore iſtrumēti. Et dicit Bal. in. l. ſi veritas. j. col. C. de fideicō. qđ ſi inſtrumētū eſt raſum, poteſt per viuā vocē teſtiū corroborari. dic quo p eundē in. l. fi. iij. col. ver. ſed quid ſi ſcriptura. C. eo. ti. & dicit Abb. in. c. ij. p̄pe fi. de p̄ba. q ſi ſtatutū vel conſuetudo req̄rit debitū p̄bari per ſcripturā: ſi inſtrumētū fuit cōfectū & p̄ditū, pōt p̄bari per teſtes. alle. no. in. d. l. teſtiū. notant de his Bal. & Sali. in. l. j. C. de fi. inſtru. Et qūis iſti teſtes non ſint perſonæ magnæ authoritatis & peritiæ, ſi deponunt de amiſſione & tenore inſtrumēti, & non de veritate, probāt ſolū ſemiplenē. ſecundū oēs p̄dictos poſt gl. in. d. l. ſicut iniquū. Bart. in. d. authē. ſi qs in aliquo. & in. l. ij. §. diuus. in fi. ff. de iure fi. & Bal. in. l. ſi de poſſeſſione. C. de proba. & in. d. l. ſicut. & Pau. in. l. noſtrā. vlt. col. C. de teſta. & Ang. in. d. l. teſtiū. in prin. C. de teſti. & in. d. l. ſicut. & Are. poſt Abb. in. c. Albericus. vlt. col. de teſti. & Alexan. ī. l. ij. vl. col. C. de bo. poſ. ſecūdū tab. Qūis Sali. in. d. l. ſicut. dicat q imò faciūt plenā p̄bationē. dū tn dicāt q inſtrm in nulla fui parte erat vitioſum. Rndet ad rōnē gl. ibi. q teſtes parificant inſtrumentis ſolēnitatē debitā habētibus, ſed inſtrm faciēs de alio mētionē probat plenē illius tenorē, ſi habet debitā ſolennitatē. quia ſit ſolenniter inſinuatū. d. authē. ſi quis in aliquo. & c. ſi. de fi. inſtru. ergo &c. Quæ ratio tolli poteſt. quia teſtes æquiparanē inſtrō habenti ſolennitatem. eſt verū de ſolennitate requiſita ad hoc vt inſtrumentū dicatur de ſe validū. de quibus ſolennitatibus traditur in. c. fi. de fi. inſtr. Sed nō habent teſtes aliā ſolennitatem extrinſecam, q̄ requiritur ad hoc vt inſtrumētū faciens mentionē de alio, p̄bet eius tenorem. & dicit Ang. in. d. auhen. ſi qs in aliquo. vlt. colū. q qn dicti teſtes probāt perditionē, & tenorem inſtrumēti, & nulla alia ſubſunt adminicula. talis p̄batio facit ſemiplenā probationē. vt eſt dictum. Sed ſi adſunt alia adminicula, tūc omnia ſimul iuncta faciunt plenā fidem. & dicit iſtum eſſe verum intellectum. d. c. cum olim. lo. j. vbi vltra teſtes concurrebat aſſertio cardinalis deponentis de eodem tenore priuilegij. Item apparebat. q Celeſtinus admiſerat Abbatē tanquā nō ligatum ad oſculum pacis. & iſtud præbebat aliud adminiculum. & iſte intellectus eſt nouus, & peregrin⁹ ad. d. c. cùm olim ſecundùm Alex. in. d. authē. ſi quis in aliquo. pe. col. Adde etiā Bald. in. c. j. quot teſtes ſint neceſſarij ad proban. inueſti. vlti. colum. q ſi ſententia fuit lata in ſcriptis. tamen perdita ſcriptura caſu fortuito, poteſt probari eius tenor & amiſio per teſtes. l. quoniam. C. de hæreti. ſicut & in priuilegijs: dummō teſtes ſint legitimi & ſolennes. p d. c. cum olim. vbi etiam hoc no. Abb. in. ver. concludendo. & cum Bal. tranſit ibi Ia. de alua. remittens ad Spec. de inſtr. edi. §. reſtat. ver. illud quoq;. & in tit. de cri. fal. in fi. & in ti. de locato. §. nunc aliqua. ver. cxxxix. Sic etiā dicit Bal. in. l. geſta. iij. col. ver. quæro nūqd acta. C. de re iudi. q acta iudicij. quæ requirūt ſcripturam, non poſſunt probari teſtibus: niſi ab initio interueniſſet ſcriptura, & eſſet perdita. Sic etiam dicit Bal. in. l. emancipatione. in prin. C. de fide. inſtru. q ſi ſcriptura actorum eſt perdita. poteſt probari teſtibus. ſecus ſi nunquām fuerant ſcripta. latè Barto. in cōſi. quia vertitur in dubiū an acta. Sic etiam dicit Spe. de legatis. §. ſupereſt. ver. quid ſi legationis literę. q non ſufficit probare amiſſionem literarum legationis. ſed debet probari earum tenor & ſynceritas. Dicunt etiam Arch. & Do. in. c. ij. liiij. diſt. q ſi ſeruꝰ perdidit chartam libertatis, poteſt probare eius tenorē & amiſionem teſtib⁹, niſi in caſu. l. ſi de poſſeſſione. C. de proba vbi requiritur minor probatio. vt j. in quarta declaratione. Dixit etiā pulchrè Barto. in tractatu de teſte. v. col. ver. teſtis dixit aliqua vera eſſe. q ſi ſcriptura continens dicta teſtium eſt perdita, & extant qui dicunt ſe vidiſſe aliquos teſtes idoneos iurare in cauſa, & ſolenniter examinari, tunc iſtorum teſtimonio ſtandum erit per no. in. l. curēt. ff. de teſtibus. Et dicit Egi. bel. deci. dcxj. licet capella. q dicens ſe amiſiſſe priuilegium, debet prius probare amiſionem. & idem dicit Egi. deci. dcxlv. non obſtantibus. q eo ca ſuquo quis tenetur docere de titulo ſui actoris, ſi titul⁹ eſt amiſſus, ſufficit probare per teſtes deponētes ſe vidiſſe literas de titulo actoris. Secus ſi ageret de probādo titulo proprio: cùm quis teneatur ipſum bene cuſtodire. vt ibi p eum. Super quibus omnibus & ſimilibus collegi octo declarationes ali bi non reductas. ¶ Prima declara

3 tio. † Quamuis vltimate ita profit probatio prædicta, ſicut prodeſt inſtrumentum. tamen differunt in modo cognoſcendi. quia vbi conſtat de inſtrumento ſolùm ex dicto teſtium, non concurret be-

neficium ſummariæ cognitionis, & celeris expeditionis datum inſtrumento à lege, vel à ſtatuto. Barto. in. l. j. in prin. & clarius in fi. ff. de his quæ in teſta. delen. volens q ſi perditum eſt inſtrumentum guarentigiæ, licet debitum poſsit peti per modum libelli, non tamen poteſt peti executio inſtrumenti ex forma ſtatuti. & ideo in propoſito inſtrumentum probatum per teſtes de amiſsione deponentes non habet executionem ita paratam ſicut haberet inſtrumētum. quia requiritur libellus. ſecundùm Pau. de caſtr. in. d. l. j. ad fin. verſi. hîc ſunt duæ gloſſ. & in. l. noſtram. ad finem. C. de teſta. Pro quo vide etiam Bartol. in. l. iij. penul. colum. ver. prædicta intelligo vera. C. de pigno. dum dicit quòd ſi extat inſtrumentum de ingrediendo poſſeſsionem authoritate propria, & eſt ſtatutum in loco quòd iudex viſo inſtrumento ſtatim exequatur ſine libello. certè ſi de tali conuentione probatur per teſtes modis prædictis, opus erit libello, & litis conteſtatione: ſine qua certum eſt non poſſe teſtes recipi. c. quoniā. vt lit. non cōteſt. & authen. ſi quis in aliquo. cum gl. C. de teſti. ſecundùm eum. pro quo vide Bald. in. l. ſi. ij. colum. C. de fideicom. vbi dicit quòd ſi ſcriptura eſt maculata per infectionem, aliàs ſolennis, poteſt confirmari viua voce teſtium. & erit probatio mixta ex viua voce & inſtrumento. allegat. l. iubemus. ver. ſed non niſi. C. de proba. & operabitur hoc in feudo. & etiam in contractu emphyteotico. Secus dicit in ſummarijs. quę requirunt idoneam figuram inſtrumenti. de quo etiam per Bald. in. l. j. j. colum. C. vt in poſſeſſ. leg. vbi dicit quòd cognitio ſummaria requirit ſcripturam nullam habentem in ſe maculam occultam. Et idem dicit vbicunque ſtatutum diceret. viſo inſtrumento ſic fiat. nam debet eſſe ſine macula viſibili. Bene facit dictum Angel. in. l. penultima. C. depoſi. vbi dicit quòd licet inſtrumentum depoſiti habeat executionem paratam, per illum text. in verbo ilico. & ibi Bartol. Tamē ſi de depoſito non conſtat per publicam ſcripturam, ſed per teſtes, opus eſt eos examinare lite conteſtata. & ſequitur Matheſi. no. vj. attribuens hoc Rogerio de Peruſio. Pro tanto dixit Barto. in. l. ſi. vj. colum. ver. procedo vlterius. C. de edict. di. adri. tollen. Quòd ſi teſtamentum non eſt redactum in ſcriptis, ceſſat beneficium illius legis: quia non adeſt illud notorium †, quod ſit iudici ex inſpectione ſcripturæ. de quo loquitur illa. l. Et eſt neceſſe quòd priuatim teſtes examinentur, & publicentur. iuxta. l. publicati. C. de teſta. & cum illa ſcriptura publicata practicabitur illa lex. & vide Alexand. in. d. l. fin. xij. colum. ver. in eadem gloſſ. in fi. vbi concordat cum prædictis. inferens contra Ange. ibi quòd ſi de debito non eſt factum inſtrumentum, & poſtea creditor probet per teſtes debitum. & quòd norarius fecerit præceptum guarentigiæ, certè ſi de dicto iſtorum teſtium fiat ſcriptura, non habebit vim quam ex forma ſtatuti debuiſſet habere inſtrumentum confectum tempore contractus. quia nō potuerunt teſtes examinari lite non conteſta. niſi eſſemus in caſu in quo teſtes recipi poſſent lite non conteſt. quia tunc valebit dicta examinatio. & ei attributa intelligetur virtus quam haberet inſtrumentum ſuper inde confectum. Et ita procederet tunc dictum no. Ange. ibi ſecundùm eum. dicentem hoc menti tenendum. & ideo cùm quidam feciſſet liquidari ſententiam incertam examinatis teſtibus lite non conteſt. vt docet Barto. in. l. ij. C. de ſenten. quæ ſine cer. quan. profe. fuit conſultum quòd poterat iuſtificare capturam factam de debitore per ſcripturam dictarum atteſtationum: dato quòd ſtatutum diſponeret quòd captura liquidaretur per inſtrumentum. Adde etiam iſtis Bald. in. l. generali. ad fi. C. de ſacroſanct. eccle. vbi dicit quod vltima voluntas ſcripta in hoc ſolùm differt à non ſcripta, quòd in executione ſcriptæ procedit vt ſuper notorio, in alia nō. Facit dictū Bar. in. l. j. in fi. principij. ff. de his quæ in te. de len. præalle. vbi dicit q tacita ſtipulatio de dote reddenda nō habet

5 executionem quam habet ſcripta. & hæc bn no. ¶ † Secunda declaratio Teſtis illiteratus dicēs q vidit inſtrumētum in quo cōtinebaē refutatio, vel qđ ſimile: nō probat. quia ex impoſsibilitate cōuincitur. Ang. in authē. de tabel. iij. col. propter glo. ibi. Pro quo facit famoſum dictum Ol. relatū per Bal. in. c. j. §. porrò. quæ fu. pri. cauſa bn. amitt. de teſtibus qui dixerūt ſe vidiſſe ad lumen lunæ de nocte, cū facta cōputatione dierū lunæ hoc fuerit impoſsibile. vñ reprobati fuerunt vt falſi rōne naturali. no. Bald. in. l. ſi cum exceptione. §. in hac. propter glo. ibi. ff. quod me. cau. & in. l. Aret uſa. ff. de ſtat. ho. & Ange. pulchrè in. d. §. in hac. propter gl. ibi. & conſi. cxcj. viſis

proceſsibus. ij.colum.& Ang.de are. qué oīno vide in §.quadrupli.j.col.inſti.de act.& in li.ma leficiotū.in ver.cōparēt dicti inquiſiti in termi no.vlt.col.& Bal.in.l.j.ff.de his q̄ ſunt ſui vel alie.iur.& in.l.non ignorat.C.qui acc.non poſ. & Ang.in.l.j.§.interdum.ff.ſi pars hære.pe.& Barth.cep.cautela.cclxxxix.Si aliquis fuit accuſatus quòd de nocte.Nellus in tracta.teſtium. xl.colum.Et eadem ratione fuit reprobatus teſtis q deponebat cōtra Alcibiadē athenienſem. dicēs ſe vidiſſe lumē lunæ.vt refert Plutarch⁹ in eius vita.Si diceretur ſufficit quòd teſtis dicat ſuper his q̄ę dependent ab actu corporeo, abſq; eo quod reddat rationem viſus, poſtquā non fuit interrogatus.Inno.in.c.cūm cauſam. de teſtibus.Bar.in.l.j.ff.ſi cer.pet.& in.l.qui teſtamēto.§.fi.ff.de teſta.& Ange.in.l.cūm hi.§.vlti.ff.de tranſac.vnde ſi teſtis dicat ſe vidiſſe de nocte,videtur ſufficere ſi non fuit interrogatus de cauſa ſciētiæ.Reſponde q̄ hoc eſt verū. niſi dictū teſtis habeat p̄ſumptionē cōtra ſe ex ſui ſerie.q̄ & ſi nō ſit neceſſe reddere rōnē: tñ ita debet explicari vt p̄ſumptiuè nō contineat falſitatē.vñ dicit Bar.in tract.teſtium.iiij.char. q̄ teſtis deponens de idētitate corporis non deponit ſufficiēter,ſi dicit ſe vidiſſe,& non dicit videſſe faciē.quia per imaginem res cognoſcit. l.ſtigmata.C.de fabricē.li.xj.& ibi Bar.ponit. Potuit em̄ videre à parte poſteriori.& ideo videndo de nocte nō cōcluditur cognitio: licet teſtis alleget lumē,vel ignē.vt ſentit ibi Barto. & ideo vidit reprobatos teſtes, q̄ dixerunt ſe audiuiſſe de nocte cōtrahi mr̄imoniū: & non dixerūt q̄ cognoſcebāt infallibiliter voces contrahētiū.Eſt verū q̄ teſtis non tenetur dicere q̄ vidit de nocte: q̄ ibi erat lumē,ſi non fuit interrogatus.tñ vel debuiſſet hoc p̄bari p̄ alios teſtes.ſecūdū Bal.in.d.l.Aretuſa.vel ſaltē idem teſtis debet p̄ſumptiuè iuſtificare dictū ſuū. q̄ vidit,& bñ recognouit illū.ſecūdū Bar. vbi.s. Itē inficiari nō p̄t quin talibus teſtibus ſit fides diminuēda ſecūdū Ang.i.d.cōſi.viſis p̄ceſsib⁹.

a ¶ De nocte. Adde do. Alex. de imo. in.l. aut facta. §. tēpus. ff. de pœnis. & Ang. in. d. §. in hac.s. in tex. allega. referentē Oldra. defendiſſe quēdā capitaliter detentū in vrbe romana. & Ang. etiā. in. l. j. §. interdum. ff. ſi pars hære. pet. & d. Paris de bono. in conſi. inci. Ingritur contra. Io. an. & Spe. in tit. de noto. cri. §. iam de notorio. veri. ij.

6 ¶ † Et cōtra teſtes dicētes ſe vidiſſe de nocte.[a]

a vide etiā Bal. in. l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & in. l. ſi nō ſpāli. j. col. C. de teſta. & Old. cōſil. cxvij. vniuerſis præſentes. & Bart. in. l. nō mi norē. in fi. C. de trāſac. & dicit Bal. in. d. l. ſi non ſpāli. caueāt teſtes deponentes de actu nocturno, vt non dicāt ſe fuiſſe p̄ſentes. q̄ p̄ſentia inducit viſum. & adde q̄ Ol. & ſequaces loquūf. q̄n dicebāt teſtes ſe vidiſſe de nocte, & p̄batū fuiſſe q̄ luna erat adeo parua q̄ nō reddebat lucē. Sed ſi nō diceret ſe vidiſſe: ſed audiuiſſe, & habuiſſe notas, voces contrahētiū: tūc eſſet recurrēdū ad gl. ordinariā in. l. in ſumma. §. Itē Labeo. ff. de aqua plu. arcē. de qua p̄ Ab. in. c. cum cām. vj. col. de teſti. & in. c. ij. de cōſue. & ibi per Imo. cū cōcor. vide etiā Alex. cōſi. cccl vij. viſis & oportunè. quod eſt etiā quinquageſimū. iiij. col. vbi ponit q̄ in geſtis de nocte q̄n ciuiſr agitur, ſufficit p̄batio per cōiecturas. ¶ Tertia declaratio. vbi materia inſtrumenti perditi eſt p̄babilis teſtibus, nō oportet vt iſti dicāt de amiſſione, nec de tenore inſtrumenti: dūmō de materia ſufficiēter loquāt. Abb. in. d. c. cū olim. iij. colū. ¶ Limita. niſi pars haberet pauciores teſtes quā aliās opporteat de iure, vel ſtatuto. q̄ tunc melius eſt probare cū illis caſum & tenorem inſtrumēti. vñ ſi ſtatutum dicat quòd debi

tum vltra centum libras probetur per quatuor teſtes, aut inſtrumento: tunc tenor & amiſsio poterit p̄bari duob⁹ teſtibus: q̄ ſi de tenore nō diceret, nō p̄baret. Sali. in. d. l. ſicut iniquū. & in. l. j. per illū tex. C. de fi. inſt. & ibi poſt Bal. ponit caſus in quib⁹ inſtrm̄ eſt de natura debiti. puta pacto, lege, vel ſtatuto. & adde Bal. in. l. teſtiū. ij. col. C. de teſti. vbi dicit per illū tex. q̄ materia req̄rēs plurimos teſtes redacta in inſtr̄o, p̄t p̄bari duob⁹ de amiſsione & tenore loquētibus, ſi ſunt viri experti. vt. s. & exēplificāt in teſtō amiſſo. Ad quod exēplū vide tex. in. l. j. §. ſi qs in duob⁹. ver. ſed ſi vnū. ff. de ſecū. tab. de quo facit feſtū Lud. i. l. ſciēdū. pe. col. ver. attēde tñ de ver. obl. poſt Bar. in ru. C. de fi. inſtr. ix. col. ver. ij. q̄rſ ſi iſta originalis. & ibi dicit q̄ nō ſtat ſcripturę ſumptæ ex originali. q̄n originale nō p̄bat caſu fortuito perditū: & ſcriptura eſt de ei⁹ ſubſtantia. de quo latè p̄ Lud. cōſi. clxxiiij. Ampliſsime doctor. ad fi. & Pau. de ca. cōſi. ccxxviij. dubitat primò. ad fi. Et q̄ requirēs inſtrm̄ cū certo numero teſtiū poſsit probari duob⁹ teſtib⁹ deponētib⁹ de tenore & amiſsione inſtrumēti: firmat Sali. in. d. l. teſtium. ij. col. p̄ illū tex. loquēs de probatione teſtamēti cōditi corā. vij. teſtibus. & Alex. in. d. l. ij. vlti. col. C. de bo. poſſeſ. ſecū. tabu. & Maria. in. d. c. cū olim. lo. j. iiij. col. verſi. aduerte tñ ſingulariter. ſubdens pulchrè in ſequēti col. q̄ illud quod eſt dictum in hac declaratione, non oportere quòd in probanda materia probabili ſolis teſtibus, teſtes deponant de tenore inſtrumenti perditi. debet reſtringi, niſi eſſet aliquod inſtrumentum defenſionis indigens innouatione. quia cūm in poteſtate rei nō ſit agere, nec ſit caſus in quo poſsit fieri examinatio teſtium ad perpetuam rei memoriam: vtile erit q̄ petatūr fieri innouatio inſtrumēti, quæ facilius concedetur probando per teſtes de ejus veritate ſeruatis etiam his quæ ſuper innouatione ponuntur in. d. c. cū olim. Adde tamen diligenter circa prædicta. quòd aliquando contractus exigit ſcripturam, aut ex diſpoſitione hominis, aut legis. & tunc ſi ſcriptura eſt p̄dita, debet probari per quinq̄ teſtes. iuxta. d. l. teſtiū. vbi Salic. in. iij. colum. ver. oppono. vj. latè hoc declarat. ſecut⁹ Ric. & Sali. qui conſuluit quòd cum de debito conſtaret per ſcripturam confectam in actu exigente neceſſario ſcripturam, ſolutio illius debiti erit probanda. v. teſtibus. per illum tex. ¶ Et idem dicit in probatione ſolutionis canonis emphyteotici. cū ad ipſum requiratur ſcriptura. Et hoc vltimū ipſe etiam replicat in. l. ij. ix. col. in fi. viij. q. C. de iure emphi. & dicit tene cordi. quia doct. nō tāgunt. Sed certè aliud eſt velle probare per teſtes ipſum contractum emphyteoticum: & tunc hoc dictum eſt verum. quòd requirantur quinq̄ teſtes. Aliud eſt velle probare ſolutionem canonis. & tunc cum iſtud ſit probare quid compaſsibile cum inſtrumento contractus, non autem contrarium videtur poſſe probari per duos teſtes. & ideo Bald. in. d. l. teſtium. j. colum. reprobat. d. opi. Ric. & opi. Bald. accuratè reaſumit laſ. in. d. l. ij. xc. colum. ver. in eadem glo. ibi per teſtes. vbi vide. ¶ Quarta declaratio. † Non eſt opus quòd teſtes dicant de tenore, quando conſtat aduerſarium ſubtraxiſſe mihi inſtrumē tum. Barto. in. d. §. diuus. per. l. ſi de poſſeſsiōe. & ibi Cy. & alij. C. de proba. & ſtabitur iuramento meo de tenore. per. l. ſi quando. C. vnde vi. Ang. no. in. d. authen. ſi quis in aliquo. & ita intellige Bald. in d. l. ſi de poſſeſsione. & licet Barto. in. d. l. ſicut iniquum. dicat quòd iſto caſu non eſt opus probare de tenore: tamen verba ſua debent intelligi de probatione per teſtes: ne ſequatur quòd ſi nullo modo probare oporteat, probatio eſſet incerta. Et iſtud de iuramento tenet etiam Sali. in. d. l. ſi de poſſeſsione. & Ange. in. d. authen. ſi quis in aliquo. vlti. colum. Licet ipſe dubitauerit in. d. l. ſi de poſſeſsione. in fin. per text. in. l. quidam tabularum. ff. de fur. cui reſpondetur ex dictis ſuis in. d. authen. ſi quis in aliquo. Hoc autem de iuramento intellige contra furem verum. ſed ſecus contra fictum, vel præſumptum. prout in caſu dicti §. diuus. quando fauore fiſci præſumitur inſtrumentum ſubtractum ab eo cuius intererat. quia oportebit probare de tenore aliter quàm per iuramentum. Alexan. poſt Ange. in dicta authenti. ſi quis in aliquo. penulti. colum. Quia dicta. l. ſi quando. non habet locum in furto præſumpto. Bald. in. l. argentarius. §. cùm autem. per illum text. ff. de edend. Dum limitat iura dicentia contra doloſum probari per iuramentum, vt procedant in dolo in committendo: ſecus in omittendo. de quo omnino per Augel. Imol. & Alexander. poſt Bartol. in. l. ſi prius. penul. colum. ff. de oper. no. nuntia. Et ad prædicta. q̄ odio ſubtrahentis

ſubtrahētis probationē aduerſarij, ipſe aduerſarius releuetur quo ad plenam probationē: facit ordinaria deciſio Io. an. in. c. accœpimus. vltra medium. ver. quid ſi pater. de fide inſtru. vbi dicit poſt Hoſti. q̄ ſi patenter & violēter in præſentia iudicis aliquis lacerauit literam aduerſarij, vt illis diebus dicit fuiſſe factum Rhegij: debet iudex punire talē acriter & extraordinariè. arg. l. licitatio. §. qd illicitè. ff. de p̄ublica. & experiri debet violenter iudicis authoritatē eliſam. arg. c. peruenit. lo. j. cum. ſuis cōcor. de teſti. cog. ¶ Et ex hoc refert Car. in. d. c. accœpimus. ſe dixiſſe in q̄ō. facti q̄ reus qui lacerauit libellū actoris in p̄ſentia iudicis. debet puniri ex officio iudicis, qui videtur eſſe contemptus. Ex qua ratione refert etiam ſe dixiſſe in alia quæſtio. q̄ Epiſcopus qui eſt præſens quādo quis doctoraſ, vel eius vicarius, ſi alius quàm qui ſolet vult exigere iuramētum à doctorādo, poteſt, & debet Eps ex officio eum repellere. & de iſto lacerāte probationē aduerſarij: vide etiam Bal. & Sal. in. l. j. C. de fide inſtru. vbi dicūt q̄ ſtandum eſt iuramēto aduerſarij de cōtētis in inſtrumento lacerato. per. d. l. ſi de poſſeſsione. & ibi etiā hoc dicit Bald. & vide eundē in. l. qui accuſare. circa mediū. C. de eden. & Spe. de teſt. §. ſatis vtiliter. ad fi. vbi dicūt q̄ ſtatur iuramēto partis q̄ę perdidit probationē dolo aduerſarij. & exēplificat Bal. in. d. l. qui accuſare. de eo qui delevit inſtrumētum. Facit gl. in. c. cūm cauſam. in verſi. compellens. de teſti. dicēs teſtem haberi pro producto contra eū qui præſtat cauſam ne producatur. & ibi Abb. in vlti. charta. & alij in. d. c. peruenit. lo primo. Et de ſubtrahēte inſtrumentum aduerſario. vide Bal. & Salice. in. l. eum q. C. de fal. & de occultāte dixi poſt Bal. in. c. peruenit. lo primo. de teſti. cogen. De lacerāte aūt proprium inſtrumentum quando redarguebatur de falſo. vide Pet. de anch. cōſil. clxxij. circa primum. vbi conſuluit eū teneri de falſo: quia nō potuit pœnitere in p̄ciudiciū aduerſarij. cui ex productione erat q̄ſitum ius redarguēdi de falſo. & p̄ cōſequēs omittendi q̄ ille caderet à cauſa: & loquitur de eo qui dicebat fabricaſſe. In eo aūt q̄ ſimpliciter vtereſ vide tur diſtinguere. An poſt proteſtationē aduerſarij adhuc dixerit ſe velle vti: & tūc idē quod in præcedēti caſu: aut ſtatim lacerauit, & excuſatur: quia p̄t pœnitere. Et dicit Abb. in. d. c. accœpimus. quòd de talibus inſtrumētis laceratis coram iudice, ita iudicatur acſi plenè probaſſent: ſicut etiam dicitur de ſubtrahēte aduerſario facultatem probandi, q̄ perdit cauſam. vt latè per omnes in. d. c. peruenit lo. j. vbi ſoleo ponere. & per Cy. & Pau. de ca. ſi gnanter in. l. prouidendum. C. de poſt. & quædam alia etiā

a ſuper his poſui in. d. c. accœpimus[a]. Si tñ citra dolum, ſed fortè per iram aliquis laceraret proprij inſtrumētū, non prohiberetur ius ſuum declarare per teſtes. Bal. in. d. l. j. in fi. C. de fide inſtru. Nō tamē ei deferetur iuramentum in ſupplementum: quia culpa ſua offuſcauit probationem. ſecundū eū no. Item lacerans voluntariè inſtrumētum ad commodū debitoris, videſ eum liberare: vt dicunt oēs in l. Labeo. ff. de pac. & ad iſtud de lacerante proprij inſtrumētum. vide omnino Maria. in. d. c. cūm olim. lo. j. penul. col. ver. Itē aduerte. de priuile. vbi dicit q̄ ſi proprio dolo & fraude aliquis amiſit inſtrumētū, præſumendū eſt contra ipſum q̄ in inſtrumēto eſſet aliquod vitium falſitatis latens: ſed potuiſſet apparere facta diligenti inueſtigatione. & non audiretur iſte allegans amiſsionem: quia allegat propriū dolum. & conſuluit Maria. aduerſario, vt ſtatim audita voluntaria perditione. alleget voluntariam liberationem. argu. l. primę & ſecundæ. ff. pro derelicto. & ſuper iſtis latius inſiſtit: dicens ea eſſe nouiſsima. licet nō al-

8 leget dictum conſilium Pe. de ancha. ¶ † Quinta declaratio. Vnus modus probandi perditionem eſt. quando diligentia facta authoritate ſuperioris ſcriptura non. inueni tur. Barto. in. l. is poteſt. penultima colum. ibi: ſed opi. eſt ff. de acquir. hære. per. l. iij. §. Nerua. ff. de acquir. poſ. Hoc intelligit Are. in. c. ſi. iij. no. de proba. quantum ad faciendum præſumi aliquid eſſe perditum in fauorem eius pe nes quem res non erat. Sed ſi ille penes quē olim res fuit, velit probare amiſſam: puta notarius ne edat inſtrumentum parti, vel mercator ne edat libros. Tunc iſta diligens perquiſitio non ſufficeret. quia potuit rem malitioſè occultaſſe: vel probari debet cauſa veriſimilis amiſsionis. al. leg. Barto. & bene. l. ſi quis ex argentarijs. §. fi. ff. de eden. Conſidera in tota hac materia. quia omnes doct., videntur loqui de teſtibus qui non interfuerunt confeſsioni inſtrumēti perditi: ſed ſi ipſi qui interfuerunt examinantur, videtur quòd ſufficiat, etiam ſi non habeat tantam peritiam quantam requirunt doct. in teſtibus extrinſecis ab inſtrumento Nam iſti dicentes ſe nedum vidiſſe inſtrumentum, imò fuiſſe rogatos, ſatis clarè atteſtantur de veritate inſtrumenti: nec eorum dictis poſſunt opponere partes, quæ eos approbauerunt in rogatione. gloſſ. in. §. & licet. in authen. de teſti. colum. vij. de qua dixi in. c. cum inter. de excep. & ita videtur ſenſiſſe Abb. in. d. c. Alber-

a icus. ibi. Nec extant teſtes qui interfuerunt: quomodo autem probabitur quòd iſti interfuerunt? credo quòd iuramento eorum: ſicut etiam ſtatur iuramento aliorum teſtium dicentium ſe vidiſſe inſtrumentum. ¶ † Sexta declaratio. Amiſsio inſtrumenti debet probari per probationes legitimas. ſicut etiam amiſsio cuiuſlibet alterius rei. Barto. & omnes in. d. l. ſi quis ex argentarij. §. fi. ¶ Fallit primò: vbi agitur de modico præiudicio. Bald. in. l. fi. in fi. C. de edē. & in. l. diſſolutæ. C. de condi. ex leg. dicens quòd ſi creditor habet reddere inſtrumentum debitori ſoluēti quod nō habet: ſufficit inſtrumentum de amiſsione. vt per gloſſ. & Barto. in. l. huiuſmodi. §. ſi ita. de leg. j. etiam ſi ſtatutum arctet ad hanc redditionem inſtrumēti: quia ſi creditor iuret ſe amiſiſſe, ſufficit ſi liberet per ac

b ceptilationem: Barto. in. d. §. ſi ita. & ita intellige Bald. in rubri. C. de fid. inſtrumē. xj. colū. ver. quæro vtrum ſi in inſtrumētum. & dixit Barto. in. l. fi. ff. de bo. authen. iudi. poſſ. quòd vbi petens à notario q̄ reficiat inſtrumentum allegat amiſsionem, ſufficit probare eam iuramento. & poteſt refici ſemel tantum: probando autem caſum plenè poteſt fieri copia quoties opus fuerit. Modos autē probā di caſum vide ſolenniter p̄ Alexan. in. d. l. ſi quis. §. fi. aliās penulti. Cui adde Pe. de peru. in tractatu ſocietatis. parte viij. q. xiij. ver. quæro quidam ſocius. & Ludo. in. l. quoties. v. colum. ff. qui ſatisd. cog. & dixit mirabiliter Cepolla ſua cautela. cxcvj. regula eſt &c. quòd ſi aduerſarius dicat ſe velle reprobare inſtrumētum vt falſum: tunc dicēs ſe eum amiſiſſe non auditur, volēs probare amiſsionē iuramēto. Ita dixit conſuluiſſe Io. de prato. & aliter nō probat hoc. Fortè conſiderauit q̄ agaſ de magno p̄iudicio, propter intereſſe publicum. Tamē contra dictum conſilium habeo decisionē Barto. & Bal. in. l. publicari[b]. C. de teſta. vbi dicunt q̄ licet in caſu illius. l. probatio amiſsionis regulariter non ſit neceſſaria, & ſufficiat oſtēdere publicatum: vt ibi tenēt Salice. Rapha. & Ludo. Tamē hoc non procedit. ſi aduerſarius vellet redarguere de falſo ipſam ſcripturā publicam. Nam nō adhibetur tunc fides ſi nō oſtēdatur originale. niſi probetur caſu deperditum. & dictus caſus perditionis probabitur per iuramētum. allegant bo. gloſ. in ſimili. in clemē. j. in ver. compellendo. de vſu. & eſt no. ampliatio. ad. l. fi. C. de fide inſtrumēto. ſecū dùm Phi. corneum in. l. publicati. ¶ Fallit ſecundò hæc ſexta declaratio. quando quis tenetur ad exhibēdum inſtrumentum officio iudicis tantum. ita loquitur. l. fi. C. de fide inſtrumento. & ibi expreſsè Cy. in. ij. oppo. Aliquid etiam Bald. ibi. in fi. & Alex. copioſè in. d. §. ſi ita. Quando autem quis poſsit inſtare vt inſtrumentum perditum reficiatur: vide Bartol. in lege ſi quis ex argentarijs. §. penulti. ff. de edend. & Bartol. in. l. ij. C. de diſcu. libro decimo. Et de hac probatione amiſsionis inſtru-

a ¶ D. c. accœpimus. Et vide q̄ ad materiam in apoſti. dixi.

b ¶ In. l. publicati. Et ibidem vide ad hoc Paul. de ca. & Ang. in. d. l. ij. §. diuus. ſæpius in tex. alleg. ff. de iure fiſc. vbi omnino per do. Alex. de imo. in vl. col. ver. vlt. no. dictū, & adde Spe. in. ti tu. de proba. in §. videndum. ver. Itē qualiter probetur inſtrumentum. & in titu. de inſtrumēti. §. poſt quā. verſ. ſi ergo. & ſeq. & in §. reſtat. ver. illud quoq; & ver. vt autē, vbi plenè. & in titu. de excep. §. ſi. circa fi. & in titu. de pig. ī prin. ver. ſed qualiter. & ver. ſequē. & Bal. in marg. in ver. amiſsio.

menti vide etiam aliquid per Alex. in l. veluti. §. hæc vox. ff. de eden. & in l. huiusmodi. §. cum ita. vl. colum. ff. de lega. primò. Areti. in dicto. c. Albericus. vltima colum de testi. & Archi. & do. in. c. ij. liiij. distin. & glo. ij. in. c. nobilissimus. xcvij. distin. & Spec. de lega. §. supereſt. verſi. quid ſi delegationes. & verſi. ſequen. & Bal. in. c. j. §. j. quid ſit in ue. & Domi. in. c. eos. §. j. prope fi. de ſentẽ. excommu. in vj. Spec. de cri. fal. in fi. & Flo. in. l. in lege aquilia. ſi deletum. ff. ad. l. aquiliam. Qui duo ponunt de modo probandi tenorem inſtrumenti quem tertius mihi deleuit. & vide Fede. cõſi. cxiij. Titius conſtituit. vbi dicit ꝙ ſi notarius fatetur ſe confeciſſe inſtrumentum: tamen dicit ſe perdidiſſe imbreuiaturam, non credetur iuramento ſuo.

a ¶ Sententialiter promulgata. Ad de Ang. in. l. quecunq; §. fin. ff. de publiciana vbi etiam ad hoc vide Bal. & in. l. fideicommiſſa. §. j. de lega. iij. & in. l. ſi is q. ff. de teſta. & in. l. j. C. de fi. inſtru. & iu. haf. fiſc. li. x. in vlti. char.

¶ Septima declaratio. Quando inſtrumentum nõ eſt perditum, & materia exigit ſcripturã, non poteſt per teſtes probari eius tenor. Item quando eſt perditum, non ſufficit ꝙ teſtes dicant ſe credere ꝙ ſit perditũ. iſta ponit Card. di. conſi. xxvij. In cauſa & quæſtione excellentiſsimi &c.

1 ¶ † Octaua & vltima declaratio. Teſtes deponentes de tenore ſententiæ perditæ probant, ſi dicãt ꝙ legi audiuerunt, etiam ſi non dicant quòd viderunt. Bald. in. l. geſta. penulti. colum. verſi. qualiter debeant. C. de re iudi. quia propter publicam authoritatem legentis præſumitur ita ſcriptum prout lectum. & ita fuit fortè mens Inno. hîc ſe cundùm eum. Dic etiã quòd præſumitur ſcripta, licet teſtes non dicant. Ab. hîc pulchrè extollens iſtum tex. pro quo vide text. idem probãtem in. c. Albericus. de teſti. licet aliter ſentiat Bal. in. l. j. C. de ſen. ex peri. recip. Et adde Rotam de re iudica. xix. in nouis. vbi dicitur ꝙ ſententia amiſſa poteſt probari per teſtes deponentes de amiſſione ex tenore qui tenor difficilè probatur. Ideo ſi tunc eſſemus in cauſa appellationis, eſſet ſeruanda cautela Innoc. in. c. G. perpetuus. de fide inſtrumen. quòd iudex dicat. cõfirmamus. vel infirmamus ſententiam: ſi qua nunquam apparuerit talis tenoris. Nec ſequitur. aliquid debet fieri in ſcriptis: ergo nõ poteſt probari teſtibus. patet in appellatione. quæ debet fieri in ſcriptis. c. j. de appel. j. vj. tamen de ipſa poteſt fieri fides per vnum teſtem. vt per Rotam: quę ſentit in verbo præſertim. ꝙ etiam ſententia nõ amiſſa, quę tamen fuit ſcripta, poteſt probari teſtibus. Nam vult Rota quòd ſcriptura non ſit de ſubſtantia probationis ſententię. & ita etiam apertè firmat Abb. hîc in vltima. colum. ver. vel tertiò. dicens ꝙ ſcriptura requiritur in ſententia: non ad finem illam probandi. ſed ad finem tũc illam recitandi: vt cum moderatione magna feratur. vide etiam Bal. in. l. fi. ad fi. C. de edẽ. vbi dicit quòd ſi allegans amiſsione inſtrumenti eſt perſona honeſta, & allegat veriſimilia vt incendium domus, ſtatur eius iuramento. iuxta gloſſ. in. d. cle. j. in verbo compellendos. de vſu. Credit tamen Bald. quòd iudex mandauit iſti quòd nunquàm vtatur tali inſtrumento quod aſſerit ſe perdidiſſe. alleg. Inno. in. d. c. G. perpetuus. Sed Bald. in. l. hi qui ad ciuilia. iij. colum. C. de appel. dicit. quod hoc præceptum fieri debet illi q nõ vult iurare, neq; exhibere. ſecꝰ ſi iurat ſe nõ habere inſtrm. Et ita ꝓcedũt. vbiagit de ſnia q̃ non apparet vbi autẽ apparet qn præſumat lata ſoleniter vel non. vide Specu. de ſen. prola. §. iuſta. ver. Item non valet. vbi dici quòd ſi eſt formata in prima perſona, præſumitur lata ſolenniter. ſecus ſi in tertia. ¶ Limita. niſi notarius diceret in inſtrumento ſententię ꝙ fuit ſententialiter promulgata.

2 Barto. in. l. ſciendum. in fi. de verb. obliga. & plenius in. l. ſtatutis. C. de ſen. ex peri. reci. & alij de quibus per Alex. in. d. l. ſciendum. Cui adde Bal. in. c. cũm in iure. in fi. de off. dele. vbi dicit ſe neſcire ꝙ hoc verbum ſententialiter. ſonet aliter quàm animi motum. & ſic non præſumitur quòd iudex ſederit. & ideo non valet ſententia ſecundùm eum. Tamen ſequere Barto. per text. hîc. & in. c. cum inter. ſ. eo. vbi præſumitur ſolennitas per omnia. & dicit Bald. hîc. ꝙ hoc verbum ſententialiter. includit quòd ſententia fuit lata & lecta ſolenniter: & promulgata diffinitiuè. quod dicit eſſe no. dignum. Et ad dicta paulò antè incidenter. quando acta iudicij requirant ſcripturam. vide omnes in. c. quoniam contra. per illum text. de proba. doc. in. l. emancipatione. C. de fide inſtrument. Bald. in. l. litigatoribus. C. de appel. Ange. in. l. ſinautem. in prin. ff. de rei vend. & in. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iud. & in. l. teſtium. C. de teſt. & in. §. neceſſitatem. in authen. vt iud. ſine quoquo ſuffra. fiant. Et Pau. de caſt. cõſi. ij. cum cõcor. & communiter de actis dicitur idem quod de ſententia dictũ eſt in hac octaua declaratione.

b ¶ Regulariter nõ eſt neceſſe exprimere cauſam in ſentẽtia. b tex. ordinarius hîc. etiãin ſentẽtia interlocutoria. ſecũdũ Hoſti. & alios hîc. licet aliâs differat interlocutoria à diffinitiua reſpectu cauſę exprimẽdæ ab appellatione. c. vt debitus. de appel. cle. appellanti. e. ti. Regulare eſt. quia poſſet iudex falſam cauſam exprimere: vel cõtra ius commune. & ſic ſentẽtia nulla. vt in ſeq. addi. & ita latè Pe. de anc. cõſil. mihi. cciiij. Iudex. i. de iure. iiij. colum. quæ regula recipit. iiij. declarationes.

11 ¶ † Prima declaratio: ſicut iudex nõ tenetur exprimere cãm: ita nec doctor faciens iudici conſilium ab eo petitum: ſecus ſi à parte. Ioan. and. Card. Bu. & Inn. hîc. dicentes ita cõiter obſeruari. licet Spec. in locis quæ ipſe alleg. dicat idem de omni conſilio reddito in loco vbi eſt copia peritorum. Et vide Pe. de anc. conſi. mihi. ccviij. ego Ang. vbi ſequiſt Io. an. hîc. & dixit But. in c. veſtra. vij. col. de coha. cle. & mulie. ꝙ ſi cõſilium habet exire ciuitatẽ, ſunt indiſtinctè ponendæ allegationes: aliâs non valet. Sed Abb. hîc in fi. reprobat hãc declaratio nẽ bona ratione quã cõfirma vt dixi in. c. ſi pro debilitate. de offi. deleg. ꝓbãdo ꝙ iudex non tenetur ſequi cõſilium

12 ſapientis iniuſtum. ¶ † Secunda declaratio Licet iudex non teneatur exprimere cauſam in ſententia: tamen debet pronuntiare ex animo. non fato. i. caſu. Car. hîc. in fi. per tex. in. l. dicere. ff. de arbi. vbi dicitur. Dicere autem ſentẽtiam exiſtimamus eum qui ea mente quid pronuntiat. vt ſecundùm id diſcedere partes à tota controuerſia velit. & non eſt alibi ille text. ſecundùm Ray. vt dicit Car

13 di. ¶ † Tertia declaratio. Exprimi debet cauſa in caſibus ſex poſitis per Specu. de ſen. prola. §. qualiter. ad fi. ver. verũm quẽ referunt & ſequuntur Ioan. and. Butri. & Abb. hîc. & Do. in. c. intantum. ij. col. xxj. di. & Imo. in cle. ſepe. xxxvj. col. de ver. ſign. & Bald. in. l. præſes. C. de ſen. & hîc. Adde. vij. caſum: quando iudex vltra ſuum intentum poſſet partibus præiudicare. glo. fi. in fi. in. c. ſi confirmationẽ. de elect. in. vj. quam ita no. Do. ibi in fi. & in. d. c. intantùm, addẽs tex. in. c. ſuper eo. lo. ij. de ele. & in. c. j. de poſt. præla. quæ iura loquuntur de caſſatione electionis. per quam reſpectu futuri temporis poſſet aliquando præiudicari, & aliquando non. Item no. Do. in. c. Cænomanen ſem. pe. no. per illum tex. lvj. di. & in. c. præsbyteri. ij. not. xxiiij. di. & Abb. j. vol. conſi. vij. quæſitum fuit à me. Cogita tamen. quia ſi in caſu. d. c. ſuper eo. non exprimeretur cã. certè intelligeret de minori: videlicet ꝙ nõ vitio perſonę: ſed electionis caſſata fuiſſet electio. p. l. iij. §. hæc emꝑ.

14 de ſuſpe. tu. allegatã ꝑ Abb. hîc. ¶ † Octauus caſus eſt. qn̄ ferſ ſnia vigore cõtumaciæ. Bal. in. l. pe. pe. col. C. de cõſti. pe. & in authẽ. q̃ ſemel. pe. col. C. quo & qn̄ iud. & i. l. pe. C. de fideic. liber. Sed cõſidera ꝙ cõdẽnat⁹ in abſentia ꝑſumitur cõdẽnatus ꝓpter cõtumaciã. l. ſi iõ. ff. de euic. Ideo nõ videt cã neceſſaria. & qn̄ acta ꝓbarẽt de iniuſtitia abſentis, ꝑſumeret cõdẽnatus propter malã cãm. gl. aurea. in. l. ij. in verbo abſens. C. qui. res iu. nõ noc. dixi plenè in. c. cũ Bertoldus. vij. col. ver. daſ etiã doctrinaꝫ eo. & ita ſentit

15 Bald. hîc. allegando gloſſ. in. d. l. ij. ¶ † Nonus caſus eſt in cauſa criminali. Bald. hîc. per. l. præſes. ff. de pœnis. de quo latè per Moder. in lib. maleſi. fo. ccc. iij. col. vbi allegatur Albericus de roſate dicens ita quotidie ſeruari. in. l. pro-

16 perandum. §. illo proculdubio. C. de iudi. ¶ † Decimus caſus eſt. caſus eſt qn̄ iudex pronũtiat exceptionẽ recuſationis quãuis in ſe legitimã: tn nõ eſſe admittẽdã: tanquã notoriè falſam: qa debet exprimere hoc: videlicet ꝙ eſt notoriè falſa. Lap. alleg. prima poſt prin. & ſequiſt Phi. in. c. cũ ſpãli. in prin. in. x. colꝫ. tit. ꝓxi. ¶ Vndecimus caſus põt colligi ex dictis Bal. in. l. qd ergo. §. pœna grauior. ix. col. ver. iſtorũ opiniones. ff. de his q no. infa. vbi ꝑmiſsis quibuſda bñ facientibus ad hãc materiã: ſubdit ꝙ vbi iudex vtitur arbitrio in caſu ſibi cõceſſo, ſi ex actis nõ apparet cauſa iuſtificãs arbitriũ ſuum: facit litẽ ſuã: ideo tutius eſt vt tũc in ſnia cãm exprimat. vt ibi ꝑ eũ. Et ſi dicerẽs. qn̄o potuit moueri ex his q̃ habẽtur, & nõ apparẽt in actis. vi de dicta. ſ. eo. in. c. inter cæteras. Dum doctores ponunt quartũ caſum. qn̄ iudex recedit ex cã à iure. Per iſtũ caſum dixit Bald. in. l. Lucius. iij. no. ff. de infa. ꝙ in diffinitiua ꝑ modũ cauſæ iudex inſerere debet. qd nõ adhibet fidẽ teſti: qa erat vilis: vel ꝙa vacillauerat. Facit dictũ Inn. in. c. qn̄ cõtra. de proba. & ibi dixi in. v. cõclusione. Per iſtum caſum dixit Ang. in. l. vtiq; in fi. ff. de rei vendi. ꝙ qn̄ ferſ ſentẽtia cõtra intẽtionẽ actoris, vel rei fundatã, cã eſt ſi erẽda: aliâs ſentẽtia eſt iniuſta. Per iſtũ caſum dixit Ang. in. §. illo ꝓculdubio. hîc al legato in gl. ꝙ ſi quis petit à iudice quartã productionẽ teſtiũ, & ſine cauſa denegat eã, eſt iniuſta cauſa appellandi. Per iſtum tex. dixit.

17 Sali. ibidẽ ꝙ vbi iudex auget vel minuit ꝓcnã à iure taxatam, debet exprimere cauſam. de quo ꝫ. verſic. cæterùm. † Per iſtum caſum dicit Io. an. in. c. fi. de dolo & contuma. ꝙ vbi victus non condemnaſ in expenſis, debet exprimi cauſa cur non condemnatur. & ſequunt alij ibi. & Bald. in authen. generaliter. quinta colum. C. de epi. & cleri. & Spe. in titu. de expen. §. poſtremò. circa principium. & Bald. in l. preſes. C. quomodo & quando iu. & in authen. poſt iuſiurandum. C. de iudi. per tex. in. §. oportet. in authen. de iudi. qui tamẽ hoc non probat. vt dicetur pauloꝫ. Confirmantur iſta: quia quando ſentẽtia habet in ſe expreſſum errorem iuris inſpecta regula iuris communis, nõ valet: licet ad illam regulam ſint caſus ſpeciales. in quibus valere poſſet. glo. fi. in fi. in. l. ij. ff. de appel. reci. quam pro no. alleg. Alexan. in. l. ex diuerſo. §. fi. iij. colum. verſi. ſed in hoc vltimo. ff. ſol. matri. & in. l. iiij. §. ſi quis condemnatus. vltima colum. ff. de re iudic. & Mattheus Matheſi. not. xx. inci. nota ꝙ ſententia. Facit quod notat Ludo. conſi. ccccl xxxiij. pen. colũ. dicens ꝙ vbi ex aliqua cauſa licet recedere à iure communi, nõ ſufficit ꝙ adſit illa cauſa: niſi exprimatur. Inducit. Inno. in. c. ꝓterea. de dila. poſt principium. Cõcordãt alij quos adduxi. in. c. ſuper literis. xvij. colũ. ver. x. regula. de reſcriptis. & facit quod plenè dixi in. c. j. in. v. ampliatione. & in. xij. limitatione. ſ. eo. & in his quatuor locis inuenies diuerſa & vtilia vltra Aret. in. l. in illa. vij. colum. de verb. obli. vbi eleganter poſuit regulam, ꝙ inualiditas actus dicitur notoria: quando regulariter actus ille eſt prohibitus, licet certis caſibus permittatur. exemplificat in citatione. propter dictum Inn. in. d. c. præterea. cum concor. poſtea limitat dupliciter. ¶ Primò in appellatione. quia licet interponatur ſuper actu notoriè illicito, nõ eſt fruſtratoria ſi actus poteſt eſſe aliquando licitus. per tex. in. c. peruenit. lo. ij. de app. ſed tu de hoc dic vt dixi in. c. præcedenti. in ver. oportet. aperiendo intellectum illi⁹ tex. qui hoc non probat. ¶ Limita ſecundò. niſi id quod eſt regulari ter illicitum fiat à perſona multum honeſta. quia ꝓſumitur factũ aliquo ex caſibus permiſsis. per tex. ſingularem. in. c. niſi eſſent. & quod ibi no. Abb. de præbẽ. facerent ad hoc multa quę in ſimili iam dudum poſui in. c. ſuper his. ad fi. de accu. oſtendendo quòd ꝓpter magnam viri integritatem licitè receditur à regulis iuris. Cæterùm dum dixi ꝙ iudex alterans pœnas iuris communis debet exprimere cauſam alterationis. Attende diligentius. qa dicit Sali. in dicto §. illo proculdubio. quòd hoc non eſt neceſſarium ad ipſius ſententiæ eſſentiam ſeu validitatem: ſed quo ad exonerationem ipſius iudicis, vel ſententiæ ſuppletionem. Nam ſi ſine cauſa iudex hoc facit, lex ſupplet. vt not. ſecũdùm eum in. d. §. pœna grauior. & facit. l. iiij. §. ſi quis condemnatus. ff. de re iudi. vbi ſi ſine cauſa iudex abbreuiat quadrimeſtre, lex ſupplet. Et iſtud etiam firmat Barto. in. l. relegatorum. §. ad tempus. in fi. ff. de interdi. & releg. & in. l. qui ad ſtatum. ff. de pœnis. & latius. in. d. §. pœna grauior. ij. col. ver. Item ſimiliter. dicens quòd expreſsio cauſę ibi non eſt de eſſentia: quia cum iudex habeat poteſtatem augendi & minuendi pœnam ex cauſa. vt ibi tradiſt. ſentẽtia ſic ſimpliciter lata expreſſum iuris errorem cõtinere nõ poteſt. & idẽ firmat ibi Albe. poſt Ray. in. xij. colum. verſi. Item q-

ro. dicens ſufficere quòd in caſu illo cauſa cõſtet ex actis, vel ſit notoria: licet non exprimatur in ſententia. allegat. l. hæc ſententia. C. de ſen. quę ſine cer. quantita. profe. & ita nũc traanſeo. Quicquid fortè aliâs ſcripſerim. in. d. c. j. xij. limitatione. ſ. eo. Si tamẽ pars poſſet probare nullam cauſam potuiſſe ſubeſſe, appellet ab illa alteratione. ſicut dicitur in fi. ꝙ licet in principe preſumatur cauſa: tamen probari poteſt contrariũ. dixi in. c. quę in eccleſiarum. xliij. colum. verſ. ex quibus redditur dubia. de conſti. & ſi diceres. quare eſt ꝙ in citatione facta cõtra regulas iuris, ſicut præſumitur cauſa licita, ꝑ quã recedi poſsit à regulis iuris. ita præſumitur in alteratione pœnæ. iuxta dictum Inn. in dicto. c. præterea? Reſpondetur ꝙ ex quo in ſententia pœnali iudex alterat pœnam, ipſe actus alterationis cũ nõ poſsit fieri niſi ex cauſa. habet in ſe implicitã cauſam. & pro ea præſumitur. Non ſic in citatione. quę cum fiat ſimpliciter, & ſine expreſsione caſus permiſsi: præſumitur eſſe contra regulas iuris. ideo non arctat. Præterea alteratio pœnarum legalium eſt commiſſa arbitrio iudicis. & in dubio præſumitur iudicem bene arbitratũ. Innoc. in. c. innotuit. circa mediũ glo. magnę. de eo qui fur. or. ſu. & in. c. fi. ad fi. de fer. & Pe. de anc. in. c. ij. de iura. cal. in. vj. cum concor. meritò nõ requiritur tũc expreſsio cauſę: prout requiritur in alijs geſtis à iudice. in quibus nõ eſt à lege conſideratũ arbitrium ſuum. ſed mera obſeruãtia iuris diſpenſantis ſuper regulis ex aliqua cauſa per iudicẽ expreſsim approbãda. Dum etiã doc. ponũt caſum in iudice appellationis. intellige ſanè ſecũdùm Car. hîc quãdo prima ſentẽtia firmatur ex nouis actis. ſecus ſi prima cõfirmaretur, vel ex primis actis infirmaretur: quia ceſſat rõ honoris. de qua per eos ſi bene cõſideres. Item dum ponunt de ſentẽtia abſolutoria. vide quæ dixi poſt Abb. And. ſicu. & Are. in. c. examinata. de iudic.

18 ¶ † Quarta declaratio. Omiſsio cauſæ non reddit ſententiam nullam in dictis caſibus. Abb. latius cæteris hîc. & primo volumine cõſilio. vij. & in. d. c. examinata. quarta colum. & Barto. & Angel. in. dicto. §. ignominiæ. hîc allegata. in gloſſ. & Imol. hîc. & in. l. qui Romæ. §. duo fratres. ſeptima colum. de verborum obliga. & Sali. pulchrè in. dicto. §. illo proculdubio. ver. quæro tertiò. & ibi Alexand. & Ange. de are. in. §. ſed quia. prima. colum. infti. de fideicom. hęre. & gloſſ. optima in. l. j. in verſi. mentionẽ. in fi. ſi mẽ. fal. mo. dixe. facit. c. j. de ſen. excommu. in. vj. vbi requiritur expreſsio cauſæ: quæ ſi nõ interuenerit, ſentẽtia tenet: nec eſt ſpecialitas in illo: ſed in alio ſecundo. ꝙ ſi iudex ipſam non exprimat, nõ preſumit ꝑ ſententia: & iudex punitur. vt ibidẽ. & ita procedunt dicta Ab. hîc in. ij. colũ. Conſidera omnia iura alleg. in dictis caſibus exceptuatis. Nam quædam narrant cauſam fuiſſe expreſſam in illis & tranſibit in dubio hæc declaratio. quędam verò videntur diſponere & decidere quòd cauſa debet exprimi. ſicut in. d. §. illo. & in. §. oportet. & vbi iura. d. §. aliter loquunt: dubitabã olim quo ſententia nõ exprimẽs cauſam poſsit valere. ¶ Primò. per tex. in. l. nõ dubiũ. C. de legi. vbi geſta cõtra legem ſunt nulla. etiam ſi non dicat lex ꝙ cõtra factum ſit nullũ.

¶ Secundò. quia nõ ſequit. ſententia nõ eſt cõtra ius cõmune expſa: ergo valet. vt per Ab. in. c. j. iij. colum. ſ. eo. dũm poſt Specul. ponit multos caſus. in quibus propter non ſeruatos legum ordines ſententia eſt nulla. ergo qua ratione iudicare die feriata, vel viua voce, ideo reddit ſententiam nullam: quia contra fit legi: eadem ratione conuenire legi de expreſsione cauſæ diſponenti, videtur reddere ſententiam nullam. ¶ Tertiò. per id quod notat Ioan. andr. in. c. finem litibus. iij. colum. addi. & hos ſequitur Hoſti. de do. & contu. vbi dicit ꝙ in abſolutione ab expẽſis, ſi cauſa non exprimitur, abſolutio eſt nulla. per tex. in. d. §. oportet. & ſequitur Butrig. in. d. c. examinata. iij. colum. ver. Item quòd in abſolutione. Eſt verum ꝙ Ab. in. d. c. finẽ. tenens cõtrariũ reſpondet optimè ad. d. §. oportet. quod bene requirit expreſsionem abſolutionis: ſed non expreſsionem cauſæ abſolutionis: ſed tũc cogitabam quòd in caſu. d. §. illo procul dubio. & in alijs. vbi ſimpliciter diſponeretur de cauſa, non cadit hæc reſponſio. ¶ Quartò. quia poſsibile eſt quòd ex non expreſsione cauſæ reddatur ſententia incerta. ergo nulla. §. curare. cum ſi. inſti. de actio. & quando iſtud occurreret, adhuc rex eſſet magis dubia. ¶ Quintò & vltimò, quia doc. ponentes dictos caſus vtuntur verbo debet, ſentientes hanc expreſsionem neceſſariam, propter gloſſ. in ver. debet. in cle. attendentes. de ſtatu mona. & per Bar. in. l. creditores. cum cõcor. C. de pig. Nõ tñ ſuaderem vt recederetis ab

b ¶ In ſentẽtia. Ad de no. in. l. Iulian⁹. ff. de cõditio. indebi. & ibi ad hoc vide. d. Alexand. de imo. & Ang. in. l. q teſtõ. §. Itẽ q̃ro. vbi etiã ꝑ Bar. in ij. colũ. in prin. in ver. Item ex iſto tex. ff. de excu. tu. & Ni. de nea. & Paul. hîc. in Prin. plenius in vlti. colũ. Alex. poſt Barto. in. l. ſi is ad quẽ ff. de acqui. hære. & in. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. & in. l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de verb. obl. vbi etiam ad hoc vide Imol. & Ange.

c portat. Bar. in. d. l. sciendũ. & Ab. hîc. ita verbũ inuestiuit. [c] quod sonat præsentiã inuestiti, importat ipsam præsumptiuè. imò dicunt quod importat ipsam necessariò. sicut verbum stipulatus. importat interrogationem & responsionem. d. l. sciendum. ¶ Fallit. vij. & vl. in libello. in quo non est necesse allegare solennitates extrinsecas. vnde si dicat minorem vendidisse: non est ineptus. licet de authoritate tutoris, vel curatoris nõ exprimat. Ma. no. xij. post Bar. in. l. j. in prin. ff. de eden. & Inn. in. c. fi. de libel. obl. vbi dixi. Dic tamen ꝙ pro solennitate extrinseca actus gestus in iudicio à parte non pręsumitur, nisi probetur. tex. in. c. significauerunt. de testi. ibi. Si vobis cõstiterit monachos chartam dilatonem cum solennitate petijsse. quę extollit ibi Are. ad hanc materiam. Non sic in actibus gestis à iudice. per. l. ab ea parte. in fi. ff. de prob. quæ est sing. secundũ Bu. in. c. quod sicut. vl. char. de ele. est tex. hîc. sed de hoc re

d spectu actuum iudicialium: vide omnes in. c. quoniã contra. de prob. & est passus per se examinandus, & ista not. quantum ad primam regulam Ab. de præsump. solennitatis extrinsecæ. Dic modò aliquid de intrinseca. ¶ † Intrin

37 d seca solennitas regulariter præsumitur [d]. tex. cum glo. in d. l. sciendum. omnes hîc post glo. & dicitur intrinseca. vt hîc per Doc. quibus adde Car. in. d. c. Albericus. ij. colum. vbi dicit ꝙ si notarius dicit scripturam suam publicam, vel authenticam, præsumitur rogatus. quia talis scriptura non fit per non rogatum. & sic illa verba important aptitudine solennitatem intrinsecam. secus si diceret. scripsi.

a ¶ Suum. Addẽ idẽ tenentẽ. d. Sozi. in consi. xxj. inci. Visis & diligenter lectis. ver. prędictis not. ibi. Itẽ recedere. in. j. parte. char. xxxvij.

b ¶ Non præsumit pro ipsa. Facit qđ habet ꝙ. d. Sozi. in cõsil. cxxxvij. inci. multũ elegãter & subtiliter. versi. sed contra hãc conclusionẽ. circa fi. in. j. parte char. ccviij. quẽ ibi vide.

a ¶ Donationis. Ade ad hoc do. Sozi. in cõs. ccxxj. in cip. Visis mihi. versi. ij. tuam vbi. in. ij. parte. chart. ccxiij. ꝙ vbi præsumptio alia quã donationis sumi possit, illa nõ videtur sumẽda.

b ¶ In. d. l. j. Et ibidẽ vide Bal. & adde. d. Alex. de imol. in. l. stipulatio ista. §. si quis ita. de verbo. ob.

c ¶ Consuetis. Ade Fe. in. c. ex litteris. de fi. instru. & quod ibi dixi in apostil.

d ¶ Pręsumitur. Ade hic remissio. quas posui. in. c. j. §. vt li. nõ cõtesta.

38 niſi addat rogatus, vel niſi addat publicè ſcripſi. ¶ † Fallit primò ſecundùm Bu. Imo. & Ab. hîc qñ lex vult q ipſa ſolennitas probet. quia non ſuffit loco probationis allegare preſumptionẽ ſolẽnitatis. alleg. Inn. & Io. an. vt hîc per eos. & Bu. in d. c. quod ſicut. per tex. in c. ſacro. de ſen. excõ. & in c. primo. eo. ti. in vj. ¶ † Fallit. ij. vbi ius precipit

39 interuenire ſcripturã. quia videt velle q per eã probetur ſolennitas. Ab. hîc poſt Ioã. an. & alios. Adde quæ dixi in c. tenor. ad fi. s̃. e. Circa dictũ Inno. in. c. ſuper his. de accu. Ad iſtũ tex. reſpondẽt Docto. multipliciter. Signa reſpõſionẽ Ab. tertiam. qua pulchrè reſtringit hæc fallentia dũ modò ſcriptura requiratur ad finẽ probandi actum. ſecus ſi ratione maioris maturitatis. vt in ſnîa. quia tunc probata ſententia præſumitur eius ſcriptura. Bene facit deciſi. Rotę de re iudi. xix. in nouis. vbi dicitur q ſnîa etiã nõ amiſſa põt probari teſtibus. licet ad ſui eſſentiã requirat ſcripturã. Et ſi diceres. qũo agit in iſtis duabus fallentijs de ſolennitate intrinſeca? Rñde q intelligitur de illa quæ inclũditur non de neceſſitate verbi, ſed aptitudine. quia verbũ excõicauit. poteſt importare q ſolenniter. & tamen non

a ¶ Emptio. Sed nũ quid tũc dicaſ, p bata preſcriptioꝫ Vide oĩno. d. Sozi. in cõſi. clxxj. inci. Diu, pfectõ anceps. verſ. confirmo hoc in. ij. parte. char. xcl.

40 præſumitur. per predicta. ¶ † Fallit. iij. quãdo actus probatur per teſtes. quia niſi expreſſè dicãt de ſolennitate intrinſeca, nõ præſumit. ſed regula procedit ſolũ vbi actus probatur inſtrumento. in quo præſumitur ſolennitas intrinſeca. ita gl. Bar. & oẽs. in l. j. C. de vſu. & gl. in. § ſi ſcriptum. inſt. de inuti. ſtip. & Bal. in l. j. C. de fi. inſtr. lib. x. & But. Ab. & Imo. hîc. Intellige quãdo teſtis deponit perverba iuris. puta Titium ſtipulatũ eſſe, vel fideiuſſiſſe. quia de ponendo in his quæ ſunt propriè iuris nõ probat. niſi etiã non interrogatus aſſignaſſet rationẽ dicti. & ſic ſolẽnitatem. quia aliàs videret iudicare, nõ teſtificari. vt per Bar. in d. l. ſciendũ. & in l. ſolã. C. de teſti. & Inn. in. c. cãm. de teſti. Secus ſi teſtis nõ vtatur verbo iuris: ſed facti puta dicẽdo promiſit. quia tũc nõ teneret reddere rationẽ non interrogatus. gl. in. d. l. ſolã. ita Lud. plenè in dicta l. ſciendũ. dicens hoc caſu nõ poſſe reddi rationẽ diuerſitatis inter teſtes & inſtrumẽta. Et ſubdit q etiã quãdo teſtis deponit perverba iuris. ſi interrogatur, vel motu propriò aſſignat

a rationẽ, indubitanter probat. ſed ſi interrogatus eã non aſſignat, non probat. ita intelligit. d. l. j. C. de vſu. Sed Ale. in d. l. ſciendũ. in lectu. impreſſa recedit à Lu. quẽ prius approbauerat. dicens cũ Ab. hîc q teſtis deponens per verbum promiſit. nõ probat ſtipulationem: ſiue interrogat⁹ fuerit de eã, ſiue nõ. reſpõdet ad iſtũ tex. in ver. *ſentẽtiauit*. vt per Ab. & dicit q iudicãdo & cõſulendo ita teneretur.

b ¶ Cauſam. Adde dñm Alexan. de imo. in l. j. §. fi. ff. de appella.

41 ¶ Eallit. iiij. & vlti. † qñ non agitur de ſolennitate intrinſeca formali, ſed intrinſeca materiali vt eſt pretiũ: quia illud non præſumit. Cy. in l. j. C. de cõtrahen. & cõmitten. ſtipu. Bar. & oẽs in d. l. ſciendũ. & per tex. in §. pretiũ. inſtitu. de empt. & ven. & ita But. Ab. & Imo. hîc. & Alex. cõſi. mihi. clxx. Viſo & præhabito. ij. col. & conſi. xviij. Viſo proceſſu cauſæ vertẽtis. ij. col. & ibi dicit q inſtrumentũ venditionis prælati nõ probat pretiũ interueniſſe: niſi de eo limitatè loquat: etiã ſi dicat de tractatu emptionis, & numeratione pretij. alleg. in terminis Iac. Raph. & Rayne rium in d. l. j. & Rapha. cu. in d. l. ſciendũ. & Paulũ caſt. in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. aliàs. §. Marcellus. ff. de iureiurã. Intellige. qñ principaliter litigatur de pretio. aſ ſecus. Exemplũ. ſi volo probare. q præſcripſi poſſidendo longo tẽpore rem cũ titulo. & probo q rem emi à Titio per teſtes, dicẽtes nõ recordari de pretio, hoc nõ nocet,

a quin dicatur probata emptio[a]. Bal. in. l. j. quaſi in med. C. de reb. ali. non alie. quia emptio cõſiſtere põt in quocũq; pretio. l. ſi vſufructus. ff. de iure do. & ſequuntur Rapha. & Alex. in. d. l. ſciendũ. addẽtes do. Bar. in. d. §. Marcellus. Bal. poſt Cy. in. l. ſi præſidi. in fi. C. de dona. ante nup. dum ponũt de teſtibus. qui, pducti ad, pbandũ q cauſa nõ interuenit in cõtractu. iuxta. c. ſi cautio. de fi. inſtru. dicũt ſe neſcire quis cõtractus fuit celebratus: neq; qbus verbis: ſed quod bene recordantur q nulla cauſa fuit expreſſa. qa probant ex quo tangunt ſubſtantiã quæſtionis: licet non cætera. Et ad hoc de pretio. quãdo debeat nominari in, pbationibus. vide etiam Alex. poſt Fulg. & alios in. d. §. Marcellus. & adde Lu. conſi. xcj. Viſis ac percunctatis. iiij. col. vbi multùm no. dicta Bal. in. l. j. C. de reb. alie. non alie. q valet teſtimoniũ teſtium deponentiũ de venditione: licet de pretio nõ dicãt. quod tñ limita vt ibi per Bal. Demum vide Bal. in materia in. l. & in epiſtola. i fi. C. de fideiuſ. vbi diffinit ſolẽnitatẽ: videlicet q eſt quid præcipuum quòd requirit vltra cõſenſum. Item q adijcitur formę iuriſgentium. de quo etiam tetigi in. d. c. cũ dilecta. de reſcrip. ponendo ſigna cognoſcendi formã. An aũt & quando omiſſio ſolennitatis vitiat actum. ſcripſi pulchrè & latè in. c. quoniã. in prin. vt lit. nõ cõteſt. firmando Bar. in. l. vniuerſa. C. de preci. impe. offe. reliqua dic in propoſito. vt tamplisſimè per Lud. inferentem ad plures. q. in. d. l. ſciẽdum.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Exprimenda an & quando ſit cauſa in appellatione?*
2 *Appellare tertius poteſt pro condemnato in criminalibus.*
3 *Quæ concluſio ampliatur ſex modis: vt hîc per ordinem. limitatur dupliciter. vt nu. 4. 5.*
6 *Victoria tertij appellãtis pro ſuo intereſſe prodeſt victo. hæc regula fallit octo modis: vt hîc per ordinem. nu. 7. 8. 9. 10.*
11 *Tertius quoties prætendere potest intereſſe, potest appellare à ſententia lata contra alium: hanc concluſionem proſequere vſque ibi. Sententia contra ſubiectum.*
12 *Sententia contra ſubiectum ſuper ſubiectione: an & quando noceat domino? Et an dicta ſententia noceat ſcienti quantum ad poſſeſſionem? quia de proprietate cõmunis est opi. quòd non. nume. 12.*
13 *Sententia nocet poſſidenti beneficium: & ſcienti litem inter alios ſuper ipſo moueri.*
14 *Tertius admittitur pro republica: nec ſibi potest dici tua non interest: ſicut in re priuatorum.*
15 *Tertius quando admittitur pro ſuo intereſſe: admittitur ſemper in eo ſtatu in quo erat iudicium: quando ventilabatur contra eum conuentum.*
16 *Tertius ſi probat ſemiplenè de ſuo intereſſe, ſufficit vt admittatur?*
17 *Cõcluſum ſi ſit ĩ cã̃ iter duos: tertius verò pro ſuo intereſſe dedit cõtra eos obiectus efficaces: qui fuerũt remiſſi ad partes: pẽdẽtia huius remiſſionis nõ retardat ſententiã inter illos duos.*
18 *Tertius potest ſe opponere pro ſuo intereſſe executiõi: etiam post tres ſententias.*

¶ CAP. XVII.

b VM ſuper. Oportet exprimere cauſam [b] in appellatione à diffinitiua quàm tertius interpoſuit pro ſuo intereſſe: † licet regulariter in appellatione à diffinitiua non exprimatur cauſa. l. ſcio. ff. de app. Ab. hîc poſt Bar. in. l. à ſnîa. ff. de appel. & de hoc aliàs dixerã hîc in hoc prin. & in fi. Sed pridie cõpetentius poſui in. c. quod ad conſultationẽ. verſus fi. verſi. oportet exprimere cauſam s̃. eo. Et in ſpecie pro iſto dicto eſt gl. in. l. ij. in verbo iudicio. cũ gl. ſeq. ff. de appel. reci. quã alleg. Bal. & Sali. in auf. hodie. C. de appel. Dicentes q appellans pro ſuo intereſſe nõ tñ debet exprimere cauſas, ſed eas iuſtificare, ſaltẽ ſemiplenè antèquã advlteriora procedatur. & no. Ang. & Rapha. in. l. j. ff. de appel. reci. per illũ tex. & Ang. de are. in. l. à ſententia. ff. de appel. allegans et iam Bal. in. l. fi. circa mediũ. C. de edi. diui. adri. tol. vbi dicit q quoties aliquis vult admitti in quocunq; iudicio pro ſuo intereſſe, debet ſaltẽ ſemiplene do cere de eo. & iſte articulus preiudicialis prius eſt examinã dus Bal.

dus. Bal. in. l. ſi quæramus. ff. de teſta. & q ſufficiat probatio ſemiplena tenuit Inn. in. c. veniens. lo. ij. de teſt. cuius dictum ſcdm Car. ibi

2 eſt ſignandum cum centũ manibus. vide, quæ ibi dixi. ¶ † Tertius

a appellare poteſt pro reo condemnato in criminalibus. l. nõ tantũ[a] ff. de appel. & Abb. hîc. quia nemo eſt dñs membrorũ ſuorũ. l. liber homo. ff. ad. l. aqui. quam rationẽ ſoleo multis dictis corroborare.

3 in. c. paſtoralis. §. quia verò. de offi. deleg. ¶ † Amplia primò hoc dictum etiã reo inuito. Bar. & omnes in. d. l. nõ tãtum. Io. an. in. c. fi. de ſo. compe. in. vj. ¶ Amplia. ij. & ſi appellãs ſit clericus. Spe. de aduo. §. j. ver. in cauſa aũt criminali conſuluit tñ vt abſtineat clericus à talibus. per no. in. c. ſententiam ſanguinis. nec cleri. vel mona. & ſequitur Ang. in. d. l. non tantũ. Sed ſecundũ Imo. ibi & bene nullum ſubeſt periculum cum petat pœnã nõ imponi, & reos ſanguinis defendit eccleſia. c. reos. xxiiij. q. v. & p hoc eſt gl. peñ. in. l. addictos. C. de epi. audi. quam ibi corroborat Alber. de roſ. ¶ Amplia. iij. vt nedũ liceat hoc caſu tertio caſu appellare: ſed etiã appellationẽ pſequi ſine alio mãdato. Imol. in. d. l. nõ tantũ. per illum tex. vbi nõ eſt opus mandato. Nec ob. q factum ſuum poſſet preiudicare reo. vt dicit Bal. tenens cõtrariũ in. d. l. addictos. quia ſecundùm Imo. factum appellantis nõ habentis mandatũ non nocet dãnato. ſed probationes, ſine quibus de delicto damnari nõ poſſet. l. abſentẽ. ff. de pœnis. Eſt verum quòd gl. in. d. l. addictos. ſentit quòd hoc caſu appellãs non proſequatur. tamen opinio Imo. videtur verior. propter periculũ executionis irretractabilis. quod ita ſubeſſe poſſet reo non proſequente, ſicut reo non appellante. Ad quod etiam vide Bal. in. l. ij. §. j. col. iij. ver. ex qua gl. ff. ſi ex nox. cau. agatur. vbi vult q tertius admittitur ad reuocandũ cõfeſſionem factã à reo. & ad probandũ contrarium. & ad appellandũ: ſi eſt opus. ſecundùm hoc intellige Bal. in l. furti. §. j. ff. de his qui. no. infa. vbi dicit q licet in cã capitali appellatio poſſit interponi p aliũ: tñ, pſecutio debet fieri perſonaliter per ipm reũ. quia ĩtelligerẽ reo volẽte, pſequi: aliàs tertiꝰ poſſet, pſequi per ꝑdicta. ¶ Amplia quartò, ẽt ſi agat de abſciſſione mẽbri: nõ de morte. ita probãt verba Bal. in duobꝰ locis, pximè allegatis. dũ dicit q lex nõ tm, pcedit in oĩ cã capitali. ex quo cogita. qd ſi ĩminet ſolũ infamia q̃ dicit capitalis. l. licet. ff. de ver. ſig. ¶ Amplia quintò. ẽt ſi ageret de morte ciuili. vt de deportatiõe. Bar. i. l. ſtich⁹. ff. de pecu. lega. Bal. i. l. fi. C. de neg. geſt. ¶ Amplia. vj. & vl. ẽt ſi reus renũtiauerit appellatiõi p ſe, vel ab alio interponẽdæ. tex. ĩ. d. l. nõ tm. Bal. in. l. fi. §.

4 fi. C. de tẽpo. app. ¶ Limita dupliciter. ¶ † Primò ĩ caſib⁹ reus ĩ criminali nõ poteſt appellare. qa tũc multòminꝰ appellabit terius pro eo. Et iſtos caſus ponit But. & Abb. i. c. cũ ſpeciali. de app. & glo. & Doc. ĩ. c. romana. §. finaũt. de app. ĩ. vj. puta ĩ criminoſo notorio. vt

5 ẽt p Ab. in. c. ij. añ fi. s̃. e. ¶ Limita ſcdò. † in caſib⁹ in qbus reꝰ renũ

b tiaret[b] defenſionib⁹. & renũtiatio valeret. qd eſt in noue caſib⁹ quos aliàs dixi in. c. cũ veniſſent. de teſti. Et p inſtructiõe in practica huius renuntiationis vide Ang. in. l. pactum inter hæredem. in pe. col. ff. de pac. & de hoc copioſè Moder. in libro maleſi. f. clxxviij. j. col. ĩ

6 ver. qui iudex ſtatuit. in fi. illius verbi. ¶ † Victoria tertij appellantis pro ſuo intereſſe prodeſt victo. l. j. & ij. C. ſi vnꝰ ex plu. c. vna ſententiaj̃. tit. proxi. & hoc pro regulari ponit hîc Abb. poſt Bar. in. d. l. à ſnîa. ¶ Fallit breuiter octo modis. Primo, ſi victus approbauit ſnîam ſcdm prædictos. & eſt glo. in. l. iij. §. primo. ff. de appel. Secundò ſi omnes appellauerũt. & vnus ſuccubuit & alter obtinuit. quia victoria obtinentis non prodeſt ſuccũbenti. qui electa via propriæ

7 appellationis videtur renuntiaſſe dictæ regulæ. ¶ † Tertiò vbi cauſæ ſunt diſtinctè adeo q non eſt eadẽ deciſionis cauſa. l. ſi qui ſeparatim. §. fi. ver. cæterum. ff. de app. Bal. in. d. l. j. ¶ Quartò quando ſunt diuerſæ ſnîæ. d. l. ſi qui ſeparatim. in prin. niſi eſſet idem titulus probationis in qua omnes cõueniunt puta ſi ex vno & eodẽ libro ratio nũ oẽs condẽnati ſunt. d. l. ſi qui. ver. ſed cũ aduerſus. & ibi declarat

8 Ang. de are. poſt alios. ¶ † Quintò in cã criminali. quia licet ſit priuilegiata quò ad quid. d. l. nõ tantũ. nõ tñ quò ad hoc. vnde ſi plures ſunt condemnati ex eadem cã, appellatio vnius nõ proderit alteri. Bald. in rub. C. ſi vnus ex pluri. per. l. minoribus. C. de his qui. vt indig. Contrarium tenet Rapha. & Angel. Aret. in dicta. l. ſi qui §. fi. reſpondentes ad. l. minoribus. quòd ibi non eſt eadem, ſed diuerſa cauſa defenſionis. quia vnus defendebat ſe quia non fecerat: alius

9 quia non mandauerat. ¶ † Sextò vbi alius fuit confeſſus. quia cum per confeſsionem inducatur notorium, non prodeſt ei victoria alterius. Raph. & Ang. are. in. d. §. fi. ¶ Septimò. qñ ille qui non appellauit ignorauit ſocium appellaſſe: & lapſi ſunt. x. dies ipſo ſciente quia non videtur poſſe gaudere illa appellatione. quã ignorat interponi. vt no. gl. in. l. iij. §. j. ff. de app. & Bart. in. d. l. ſi qui §. fi. intellige in re diuidua. ſecus in indiuidua: quia aliud euenire nõ poteſt quin ſententia proſit alteri. Sali. in. d. l. j. C. ſi vnus ex plu. ar. l. loci corpus. §. ſi fundus. ff. fi ſerui. ven. vbi ſi fundus eſt cõis, victoria vni⁹

10 prodeſt alijs iure indiuiduitatis. ¶ † Octauò & a vltimò qñ appellatio erat nulla: tamen de facto obtinuit appellans per imperitiam iudicis: quia ſententia non prodeſt alij. Bal. in. l. j. prope fi. C. ſi vnus ex plu. per. l. debitor §. fin. ff. ad trebel.

11 ¶ † Quoties tertius prætẽdere poteſt intereſſe, appellare poteſt à ſnîa contra alium lata. Abb. poſt alios hîc. Adde qd ipſe ponit hîc in. j. q. extra glo. dicens q iſte tertius debet appellare eomodo & tempore quibus ipſe victus. Vnde nõ appellabit tertiò ſi ſciuit cauſam agi in prima vel ſecunda inſtantia: ſed ſi ignoraſſet, põt tertiò prouocare. Idem Bar. Imo. & Ang. de are. in d. l. à ſnîa. vbi Ang. docet cautelam. q talis iuret q nuper, & maximè à x. diebus citra habuit notitiam dictæ ſententiæ: à qua cùm poſſit aliquo modo lædi, appellat. Ex quibus collige. q titulus ne liceat tertiò prouo. & tex. in. c. ſuaj. titu. proxi. non procedunt in tertio. Idem Car. hîc ĩ fi. Et licet reſpectu tertij ſit prima appellatio: tñ in ipſa cauſa eſt tertia. Cætera ad titulum ne liceat tertiò prouo. vide per plures cõcluſiões. d. Phili. in. c. directæ j. ti. proxi. Pro his facit dictũ Car. in cle. j. iij. col. verſi. iiij. quæro. de re iudi. vbi dicit q illa cle. non procedit in tertio appellante, p ſuo intereſſe: imò impedit executionem trium ſententiarũ. no. Ro. de re iudi. iij. in antiquioribus. ſicut etiã dicit Rota de proba. xiiij. in nouis. q ſi executioni trium ſententiarũ opponit ſe tertius, dicens ſe poſſediſſe ante litẽ cẽptam: onus probandi contrarium incumbit victori. Et de materia per Rotam de re iud. vij. & x. in antiquis. Pro iſtis facit gl. trita in. l. credi

b ¶ Reus renuntiaret. Adde tu q ſi reus inuentus eſt in flagrãti crimine, q tunc põt renunciare dilationibus & defenſionibꝰ. imò. ſibi nulla debet dari dilatio, vel defenſio. vt eſt glo. j. l. iſtus fuſtiũ. ff. de infa. & vide Bal. de hoc in. l. vt vim. ff. de iuſti. & iur. adde aliũ caſum in quo reus poteſt renũtiare de defenſionibꝰ. & hoc quãdo reus dicit ſe nõ habere defenſionem. ita habes gl. fing. ã. l. j. ff. de fur. & Bal. eã no. ad hoc i. l. ſeruũ quoq;. §. publice. ff. de procu.

c ¶ In. d. l. à ſnîa. Et ibidẽ ad hoc vide do. Alex. de imo.

tem ꝙ adhærens nō eſt perſona de per ſe: ſed adminiculū. alle. gl. in c. j. in ver. opponitur. in fi. de elec. in. vj. ¶ Iſta oportet dupliciter reſtringere. Primò. niſi iſte tertius impugnet aliq̄d: tāquā geſtum poſt appellationē: quia nō ſufficit ꝙ ꝑbet ſua intereſſe: ſed oportet ꝙ appellatio interponaꝫ intra decendiū, ꝓpter Rotā de ſen. excō. v. in nouis. dū loquitur in petēte abſolutionē ad cautelā ab excōicatione cō tra ſe lata poſt appellationē alteri⁹. Et iſta reſtrictio parū differt à ſequēti. nō eīm dicit ꝙ habeat ꝙbare ſolū appellatū fuiſſe ante excommunicationem: ſed oportet ꝙ adheſerit intra tempora ad appellandum: & rationē ſtatim videbis. ¶ Secundā reſtrictio. Quod procedant iſta quando ſumus in caſu in quo appellatio ꝓdeſſet iſti tertio quò ad plenā victoriā: quia pōt venire & aſſiſtere appellāti: etiam ſi veniat poſt tempora ad appellādū: qa verū eſt dicere quò ad ipſum actum eſſe factum in tempore: ſicut in ſimili dicit Bar. in. l. j. C. qui admit. ꝙ quādo actus qui debet fieri intra certū tp̄s valet in perſonā eius qui egit noīe ꝓprio, tunc alius poteſt ratificare extra tēpus: nec habet locū. l. bonorū. ff. rē ra. ha. Et ita ꝓcedat dictum cōſilium Old. & quod ponit hīc Ab. antepe. col. ver. ꝙro nunquid. Sed vbi appellatio interpoſita à principali nō eſſet apta ꝓdeſſe ipſi tertio: tūc ſi tertius vult ꝓſequi appellationē ab alio interpoſitam, non poteſt poſt lapſum tempus ad appellandū. gl. ſing. in. c. vt circa. §. aliòquin. in verb. adhęrētes. in fi. de ele. in. vj. & ibi Do. poſt alios. & Bal. in. d. auf. hodie. vlt. q. Et illā gl. ita declarat Aret. in. c. veniēs. lo. ij. iiij. col. de teſti. Subdens ꝙ vbi victoria poſſet ꝓdeſſe iſti tertio quò ad aliqualē p̄ſumptionē: tūc ſi vult ꝓſequi poſt tempus ad fi. cōſequēdi il lam p̄ſumptionē pōt: non vt ſibi plenè ꝓfit. per prædicta. de quibus etiā ꝑ Ang. are. in. d. l. à ſententia. vbi ponit de tertio volente exſe ꝓſequi pro intereſſe ſuo. ¶ Habes vnā limitationē ad. l. is à quo. ff. de rei vē. ex gl. iij. in fi. hīc. quā ſequunt doc. & Imo. in. d. l. à ſentētia. vj. col. videlicet ꝙ cautio de conſeruando indēnem reum ab vno vincente, ſi fortè alius litem proſequens eandem rem vinceret, non habet locum quando alius non litigauit ante ſententiam: ſed venit ad impediendam executionem: vel aliter dicturus de iure ſuo. ¶ Limita ſecundò. d. l. is à quo. vt non procedat in re que non eſt diuiſibilis abſq̄ periculo peccati. vt eſt vxor de qua duo litigant: quia non tradicitur vxor primo vincenti: ſed differtur executio donec de iure alterius apparuerit. Imo. in. c. cum inhibitio. de clan. deſpon. aliàs ſuper rub. de ſpon. duo. & ſequuntur ibi ſcribentes. ſecus in prębendis. & alijs poſſeſſionibus. quia adiudicantur primo probanti: præſtita cautione. de qua in. d. l. is à quo. ſecundùm Imol. & prædictos. & ſequitur Bal. in. l. lator. circa fi. §. e. & Bal. & Ang. in. l. pe. ff. de pet. hære. & Archi. in. c. ſi monachus. in fi. xvj. q. j. & Ia. zochus in. c. fi. pe; col. de ſpon. Ale. conſi. xvij. requiſitus in cauſa. ad fi. inferens ꝙ. d. l. is à quo. non habet locum, quando tractaretur de præiudicio irreparabili: quia tunc ſuſpenditur executio. ¶ Limita. iij. d. l. is à quo. dummodo petitores nihil inter ſe litigent: ſed ſolum contra tertiū poſſeſſorē: ſi enim vnus petitor infringit competitorem, objiciendo ſe ſibi: non habet locum. d. l. is à quo. Inn. in. c. veniens. lo. ij. in gl. non in verb. ſententiam. ver. vel potes dicere. de teſti. quam ſequit Bal. in. c. j. §. fi duo. ij. col. de pa. te. & in. d. l. pe. de pe. hære. ¶ Limita. iiij. d. l. is à quo. Dummodo res quę petitur non ſit vacās: ſed ab alio poſſeſſa: ſi enim eſt vacans, non ſit executio vllo modo ſtante contradictione tertij: qui ꝓbat ſua intereſſe. ita clarè Inn. in. d. c. veniēs. de quo meminit Bald. in. d. l. pe. & in. l. fin. iiij. col. C. de edic. di. adri. tol. Quia vbi res vacans tranſfertur in alium, deterioratur conditio petentis. Leuius enim petitur res vacans quàm poſſeſſa: ſed vbi de vno poſſidente tranſfertur in alium poſſeſſio. non poteſt dici quātùm ad poſſeſſionem deteriorata conditio petentis. Item vbi res eſt vacans, non eſt qui recipiat dictam cautionem de ſeruando indemnem. ¶ Limita. v. d. l. is à quo. dum vult ꝙ pro eodem facto teneatur quis pluribus rīdere. niſi ius inquietandi deferatur ordine ſucceſſiuo: quia tunc conuentus tenetur primo tantum rīdere ſecundùm Ang. ibi. per tex. in. l. pater filium. ff. de inof. teſt. vbi cōtra teſtm̄ inofficioſum prior eſt cauſa liberorum: poſtea parentum: & ordo rī pendi imitatur ordinem ſuccedendi ab inteſtato. ¶ Sextò guſta. d. l. is à quo. ex verbis Inn. in. c. cum. M. ferra. ad fi. de conſti. dum dicit ꝙ ſi duo impetrauerunt primam vacaturam, & ambo cum capitulo contendebant: ſi capitulum prebuit vtri prębēdam, poterit alius conqueri de capitulo, cur non exigit cautionē de qua in. d. l. is à quo

& ibi hoc refert Ang. & in. d. l. pe. circa me. ¶ Conſidera duo. Primò. vtrum iſtud dictum, & illud quod dixi in. ij. limitatione repugnet quartæ limitationi. Sentirent Imol. ꝙ etiam prębenda vacans poſſit adiudicari primo probāti. ¶ Conſidera ſecundò. dum vult Inn. in hoc dicto ꝙ pars poſſit conqueri de iudice dictam cautionē non exigente: & quod plus eſt, etiam ſi ab eo cuius intereſt petita non fuerit: quaſi lex aſtringit iudicem ad præmittendum hanc cautionem. ſed fortè Inn. ſentit ꝙ pars cōqueratur nō fuiſſe exactā cautionem quam petierat. Demum adde, ꝙ per. d. l. is à quo. dixit Inn. in c. ſanè. lo. ij. de of. dele. ꝙ debitor cui alius denuntiat ne creditori ſoluat, non poteſt inſtare vt remittatur denuntiatio. quia poteſt eſſe ſecurus petendo ſibi caueri. iuxta formam. d. l. is à quo. & idem no. Ang. Imo. & Ale. in. l. hæres. ff. ad treb. Illam. l. is à quo. alle. etiam In no. in. c. inter quatuor. circa medium. de maio. & obe. & vide Tho. faſtoli dubio. xxxix. vbi dicit Rotam concluſiſſe ꝙ reconueniens alium de re ſuper qua alibi pendet lis, debet cauere: iuxta formam. d. l. is à quo. quam apoſtillabis per prędicta alio non reducta. quem
12 viderim. ¶ † Snīa cōtra ſubiectū ſup ſubiectiōe q̄trāſiuit in rē iud. non nocet dño etiam ſcienti: neq̄ in proprietate neq̄ in poſſeſſione. niſi ipſe non poſſideret: & tūc nocet ſolum in hoc: ꝙ facilius obtinuiſſet in poſſeſſorio, ſi nemo poſſideret. Ab. hīc latè & ſoleniter Adde eundem. j. vol. conſil. lxxxvij. In. q. quæ ad præſens vertitur. in vlti. char. vbi eadem omnia poſuit ad literam: conſulens contra cōi tatem Heſi. in fauorem quorundam nobilium: qui ſciuerunt ſnīam ferri ſuper ſubiectione caſtri Beluederis. Idem no. Ab. in. c. auditis. de præſcri. & ij. vol. conſi. iij. nitar in præſenti. xviij. colū. Et dicit Imo. in. c. quāuis j. e. ꝙ eſt opi. ſuſtentabilis. ſed ꝙ contraria ſeruaret in practica: & iſtam contrariam firmat ipſe Imo. in. l. ſæpe. ff. de re iudi. dicens ꝙ ſcienti ſit præiudicium non ſolum in poſſeſſione: ſed etiam in proprietate. per illum tex. cum gl. in ver. interueniēte. Rīdet ad iſtum tex. ꝙ Eps Ouetenſis ignorauit cām agi. Aliter dicunt Imo. & Ange. de are. in. l. à ſententia. vj. col. ff. de appel. videlicet ꝙ ſcienti nocet quò ad poſſeſſionem: non quò ad proprietatem. niſi aſtiterit in iudicio cām coadiuuans. quia nocet invtroq̄. Idem But. hīc. dicens quò ad poſſeſſionē præiudicari ſcienti: & intelligit iſtū tex. quando ſententia eſt lata epō Oueten. prętendente ſubiectionē. Nam quo ad præiudicium quaſi poſſeſſionis ſnīa mittitur executio niniſi appellet. Idem Imo. hīc. & But. & Imo. in. c. inter quatuor. de ma. & obed. ¶ Stat difficultas an dicta ſententia præiudicet ſcienti quantum ad poſſeſſionem: quia de proprietate cōis eſt opi. ꝙ non. In poſſeſſione verò cōis eſt opi. ꝙ ſic. per illum tex. quem intellectū Car. & Ab. nimium reſtringunt ſecundū Ale. in. d. l. ſæpe. lxxv. col. ver. ex predictis etiam infertur. videlicet ꝙ ille text. intelligatur q̄n Epiſcopus Oueten. nō poſſidebat. tīn non rīdet rationibus Ab. hīc & in. d. conſi. ij. vol. maximè dum inducit iſtum tex. in fi. & quia prę iudicium poſſeſſionis non eſt modicum. vt clarè per eum. Quod autem dño ignoranti nō præiudicetur etiā quò ad poſſeſſionem. vide latè Alex. in. d. l. ſæpe. xxxvij. col. ver. ſed dubium eſt an fiat: quia videtur hoc de mente iudicis. vt etiam per But. in. c. quoniam. §. ꝙ ſi ſuper. vt lit. non conte. Bar. & Bal. in. l. ij. C. vbi in rem actio. Bar. Bal. & Ang. in. l. officium. ff. de rei ven. Bar. conſi. xcj. In. q. vertente. Bal. in. l. ob maritorum. ad fi. C. ne vxor pro mari. Ang. in. l. à diuo pio. §. fi poſt. ff. de re iudi. & in. l. qui vniuerſas. ff. de acquir. poſ. Imo. & Lud. in. l. peregrè. §. quibus. eo. tit. But. in. c. quamuis j. eo. Imo. in. d. l. à ſenrentia. xiij. col. dicentes ſnīam latā contra colonū non prędicare dño ignoranti in poſſeſſione. Quando autem dīs non fuit citatus, nec ſciuit cauſam agi, tunc ſnīa lata contra ſubiectū nullo mō ſi
13 bi præiudicat: vt etiam firmat Ab. poſt Inn. in. d. c. inter quatuor. ad fi. allegando iſtum tex. ¶ † Et adde ꝙ poſſidenti beneficium, & ſcīti litem inter alios ſuper ipſo agi, nocet ſententia quò ad poſſeſſionem. Egi. deci. dccxij. ſecundùm dños. licet aliqui dīi contrà, propter generalitatem. l. ſæpe. eo. ti. in ver. nullum præiudicium. & ibi latè diſcutit Egi. intellectum huius. c. ¶ Et ſententia lata inter duos contendentes tertium ſibi eſſe ſubiectum, non nocet illi tertio ſcīēti & patienti. Bal. in. l. ij. C. de lib. cau. quia non poterat prohibere quin illi duo contenderent. & inducit etiam tex. ibi. niſi ille tertius interuenerit in lite. vel fuerit citatus ſecundùm eum. & no. Inno. in c. auditis. in prin. §. ti. proxi. Sed ꝙ imò ſola ſcientia nocet illi ſubiecto: firmat Bu. in. c. quamuis. iij. char. ver. tertius caſus principalis j.

eo. per. c. olim. lo. j. & lo. iij. de reſti. ſpo. quæ opi. eſt vera in tertio prætendente ſe liberum: quia defenſio primo loco ſpectabat ad eum. Ideò imputatur ei ſcienti cur nō pro hibuerit illos contendere. l. principaliter. la. ij. C. de li. cau. Sed prior opi. procedit in tertio prætēdente ſe ſubiectū alterius ſed non illius qui obtinuit: tunc enim ſententia non nocet ei ſcienti: quia nō magis ſpectabat ad eum defenſio quam ad illum qui ligauit: ſed pariter. vt per Abb. hīc & Imo. in. d. c. auditis. Si autem pronuntiaretur contra reum: quòd caſtrum domicilij ſui non eſt de territorio illius quem ipſe dixerat eſſe dominū ſed alterius: iſta ſententia non nocet domino illius caſtri in proprietate, vel quaſi poſſeſſione. Innoc. in. c. ſuper literis. in verb. forſan. de reſcrip. Bart. in. l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vti. pub. quia dominus illius loci vtitur quo ad alia ſua quaſi poſſeſſione qua per dictam ſententiam nō priuatur, ſed potius in ea turbatur: non enim perditur poſſeſsio ſine animo. l. licet. C. de acqui. poſ. & ideo quò ad alia vtitur poſſeſſione ſua meritò nihil iuris perdit. l. is q̄ vſumfructum. ff. qui. mo. vſufr. amit. Inno. in. d. c. olim. lo. iij. & in. c. dilecto. in gl. mag. de offi. archi. cum ſimi. Et iſtis adde omnino Abb. ij. vo. conſi. iij. inci. nitar in præſenti cauſa. xvj. col. vbi latè ponit quando ſententia lata contra dominum noceat ſubdito: & ſubtiliter declarat iſtū text. ¶ Ad qōnes Abb. hīc extra glo. reſpectu duarū primarum ſatis dictum eſt. s̄. Sed circa tertium venientem ad cauſam pro intereſſe: adde omnino Ange. in. l. ſi ſuſpecta. ff. de inof. teſt. vbi dicit ſe in hoc melius loqui quàm alibi ſcribatur in iure: & tamē mirum quòd nō nominet Bar. i. l. ſi perluſorio. ff. de app. & ponit Ang. illas duas prasticas Inno. hīc in libellando vel ſententiando de iuribus iſtius tertij: & etiā de teſtium publicatione: an ei noceat. de quo per Abb. & ibi dixi in. c. cōſtitutus. de teſt. & ſubdit ſignanter quòd vbi processus cui quis aſsiſtit eſt ineptus, nunquam poteſt eum reducere ad aptitudinem: & ipſum proſequi. per tex. in cle. conſtitutionem. ibi aliꝰ
14 ſuperueniens. de ele. vbi etiā latè Car. in. j. col. & Petr. de Anch. ¶ † Non ſolùm pro intereſſe proprio, ſed etiam reipublicæ admittitur tertius. nec ei dici poteſt tua non intereſt prout meritò dici poſſet in concernentibus vti
a litatem priuatorum: nō publicam. Bar. in. l. vbi pactū. a pe. col. ibi. & ideò iam de facto dixi. C. de tranſac. cū quo trāſeūt ibi An. Sali. Fulg. & Paul. & Bal. i. l. decuriōes. C. de inſa. contra Ia. bu. ibi. & confirma vt per Alex. in. d. l. vbi pactum. Cui adde Ab. & Maria. de ſenis in. c. illa prę poſitorum. de acc. vbi ſequuntur Bar. Pro quo vide etiā Car. in. c. exceptionem. vij. q. de excep. vbi tenens contra Arch. in. c. pia. de exce. in. vj. firmat. ꝙ tertius cuius priua tim non intereſt. opponere poteſt excommunicationē actori in iudicio: quia ex quo iudex ex officio hoc poteſt vt ibi. ſequitur ꝙ eſt publicum intereſſe: ergo quilibet admittitur. & puto dictum verum. per prędicta: quicquid ſcribat Imo. poſt Bu. in. c. nonnulli. §. j. de reſcri. vt dixi in d. c. exceptionem. ad fi. Faciāt quæ dixi in. c. dilecti. ver. quilibet de populo. de ma. & obe. Dixit etiam notanter Ang. in. l. fœminæ. ff. de regu. iu. ꝙ licet ille cuius non intereſt nō audiatur vt tertius. l. poſthumus. § fi quis ex his. ff. de inof. teſt. tamen fallit vbi comparēt in fauorem pupilli. quo caſu admittitur etiam fœmina. cōtra regulam illius tex. allegat tex. quem dicit non legiſſe alibi in. l. ij.
b C. de ne. ge. & no. Ange. & Imo. in. d. l. ſi perluſorio. b & Ang. in. l. ille à quo. §. fi de teſtamento. ff. ad trebel. & Bar. in. l. Titia. in fi. ff. ſo. ma. vbi aliquid per Pau. de ca. ante fi. intelligentem. d. l. ij. aliter. & ibi etiam ponit aliqua in materia poſt Bar. i. d. l. ſi perluſorio. de eo qui ignorauit cauſam agitari. ꝙ ſi ſua potiſſimum intereſt, poteſt amouere primò agentem à iudicio. Dixit etiam not. Bald. in auf. nunc ſi hæres. C. de litig. ꝙ tertius cuius intereſt cū quo non eſt formatum iudicium, ſi ad eum principaliter non

pertinet negotium, non poteſt iudicium ab alio ceptum in ſe ſuſcipere: poteſt tamen inſtruere: producēdo teſtes & inſtrumenta. alleg. gl. in. d. l. ſi ſuſpecta. Et dicit ſe vidiſſe in facto. ꝙ ſi offenſus qui non vult accuſare, nec vult ſe inſcribere: tamē vult inſtruere iudicem pro ſuo intereſſe. poteſt per illum text. Nam intereſt ſua ꝙ maleficiū puniatur: ſed alius veniens tanquam quilibet de populo non audiretur: tanquam prœuentus ab inquiſitione. & dicit Bal. in. d. l. ſi ſupecta. fuiſſe iudicatum ꝙ ſi iniuriatus vult aſſiſtere proceſſui inquiſitiōis, poteſt capitula adde
15 re: non tamen formabuntur in ſua perſona, ſed iudicis: vt a ibi per eum: ſubdentem ꝙ iſte veniens ex tranſuerſo non eſt citandus q̄n contra eius perſonam dirigitur petitio. alleg. l. j. §. denūtiari i. ff. de vē. inſpi. & qā ipſe dixit in. l. de ætate. ff. de mino. dicunt etiam Ang. & Imol. in. l. ab executore §. alio. ff. de appel. ꝙ tertius ꝓ ſuo ītereſſe pōt appellare: i. & ſnīa ferenda ꝓ eo proderit ei qui tacitè ſniam confirmauit ſecundùm Ang. ibi & malè ſecūdū Imo. qa ſicut non prodeſſet victo qui expreſsè confirmaſſet: ita nec q̄n tacitè. allegat Bart. in. d. l. à ſententia. & ſequitur ibi Ang. are. dicit etiā Bal. in. l. principaliter. la. ij. per illū tex. C. de libe. cau. quòd cauſa dicitur magis pertinere ad illum cuius magis intereſt: ſecundario autem ad illum ad quem pertinet per quendam conſequentiam. ¶ Et no. ꝙ tertius qui non appellauit, poteſt ſe opponere appellantibus: dicendo quòd neuter poteſt eſſe in iudicio eo iniuito. puta ſi duo filij in poteſtate patris conſtituti litigāt inuicem. vel duo monachi ſine authoritate Abbatis. Bal. in. l. j. in vlt. q. C. ſi vnus ex plu. app. dicens eſſe caſum notabilem in. d. l. Titia. ¶ † No. etiam quòd q̄n tertius cōparet pro ſuo intereſſe, ſemper admittitur in eo ſtatu in quo erat iudicium q̄n ventilabatur contra reum conuētum. Ange. de are. in. d. l. ſi perluſorio. iij. col. per tex. quē extollit in. c. ſin. vt lit. pē. in. vj. Et intantum patet aditus tertiò. quòd licet ſtatutum Paduæ arctet prætorē ad exequendam ſententiam latam Venetijs: tn̄ audietur tertius pro intereſſe ſuæ poſſeſsionis. Car. in ſuis notis cauſarū. no. clxxxiij. ¶ Amplius dixit notanter Bald. in. l. j. ij. col. C. commu. de leg. ꝙ ſi ſtatutum vult vt procedatur ſummariè in cauſis vertentibus ſuper inſtrumento guarenti giato intelligitur inter eos inter quos eſt confectum inſtrumētum nō reſpectu tertij qui ſuccedit in bonis, etiā ſi contra eū ageretur hypothecaria. qa confeſsio priuilegiata poſita in inſtrumēto nō ſequtur fundū: ſeu eius poſſeſſorē. qā dictum valde extollit Alex. in. l. j §. ſi hæres. in prin. ff. ad trebel. Et ex iſto dicto infert Maria. de ſenis. cō ſil. mihi. cciij. Comes ducius. ꝙ ſtatutū Florētiæ ꝙ libri mercatorum ſint publica documenta, & mandentur exe cutioni tanquā ex inſtrumento guarentigiæ in bonis de bitorū: nō intelligitur in bonis à tertio poſſeſsis. Et ita dicit ſe cū pluribus cōſuluiſſe. Ad qā vide Benedictū de barzijs de aretio in tractatu guarentigiæ. xxxij. colū. ver. deſcēde nūc ad. ix. Bal. & Ange. in. l. ij. C. ſi aduer. cre. Bal. in. l. hac edictali. C. de ſecun. nup. in. l. ſi pro te. C. de iure do. in. l. ij. C. de inof. doti. Bar. in repe. l. iij. iiij. q. C. de pig. Butr. in. c. quia. v. de iudi. Ange. & Imo. in. d. §. ſi hæres.
16 ¶ † Ad hoc vt tertius dicatur meritò audiendus tanquā ſua interſit, ſufficit ꝙ de iure ſuo doceat apparenter. ſed excipiatur vel replicetur de nullitate ipſiꝰ iuris. vnde ſufficit probare ſe electum: licet ſtatim dicatur electionem non canonicam. Inn. in. c. veniens. lo. ij. ſuper ver. intentionem. de teſti. Ex quo dicto dicit ibi Car. ꝙ cum quidā b fratres venirent vt tertij. & probarent in primo cōgreſſu de quadam vnione, debuerunt audiri: licet ſtatim diceretur inualida. & ita dicit ſe obtinuiſſe Florentiæ clau dendo per iſtud dictum ora allegantium: quod dicit eſſe ſignandum cum centum manibus: & latius hoc ponit cō ſi. vij. In cauſa fratrum omnium ſanctorum. Facit no. dictum Bar. in. l. j. §. quod ſi ſit aliqua. ff. de præto. ſti. & in

¶ Bart. in. l. vbi pactū. Adde tu qd Bar. in. d. l. vbi pactum. in pe. co. C. de tranſac. in ver. ſtatuto cauet. dicit ꝙ tertius pōt defendere reū accuſatum de homicidio qui interfecerat bānitum. qa hic vertitur vtilitas publica occidere bannitū. adde & diligēter no. ꝙ Bart. in loco ꝓallega, tenet qd ſtatutū ciuitatis qd diſponit ꝙ bānitus poſsit ſpune occidi. cōtinet publicam vtilitatem. & idem tenet Bar. in. l. ij. C. qn̄ lice. ſi. iudi. ſe vīdi. & Bal. & Bar. in. l. omnes. populi. ff. de iuſti. & iu. in. ij. q. iij. q. prin. Bal. in. l. gracch⁹. C. de adul. & do. Ab. in. c. fi. de cō ſu. adde etiā ꝙ ex ſtrina Bar. in. d. l. vbi pactū poteſt dari optima cautela. videlicet ꝙ ſi ex forma ſtatuti in cauſis criminalibus quis non debet audiri, niſi compareat perſonaliter quod potest cōparere tertius: & implorare officium iudicis vt ex officio recipiat informationem ſuper innocētiā accuſari ita Ang. in. l. quos ꝓ hibet. ff. de poſt. & in. l. filiuſa. §. veterani. ff. de ꝓcu. Lu. ro. in con. ſuo. ccxiij. incip. venerabilis dīs.

¶ Si pluſorio. Et ibidem in. §. j. ad hoc vide do. Ale. de imol. & in. l. à diuo pio. §. ſi ſup ff. de re iudi.

l.ſi quis ex his.ff.de lib.agno.vbi datur pro regula ꝙ quoties iudicium ſummarium parat præiudicium reparabile in alio iudicio,ibi non requiritur plena probatio. per l.in.l.aquil. ſi deletum.ff.ad.l.aquil. & l.iij.§. cauſa.ff. de libe.cau.& licet Bal.in.d.l.in lege aql. videatur dubitare de doctrina Bar.per tex.in.d.c.veniens. vbi ille probauit per teſtes,& inſtra.ª tamẽ poteſt dici ꝙ ille text.narrãs de illa probatione plenè facta non arctat ad ita faciẽdum. Et de hoc etiam per Bar.in extrauag.ad reprimen. in ver. ſummariè.& in.l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff.de iureiu. & dictum Inno.in.d.c.veniens.ſequitur etiam Bald.ibi.aſſignans rationem:quia probatio præambula eſt ſummaria & præparatoria:non deciſiua.Intellige tamen ſecundùm ipſum,ꝙ licet electio non probetur in ſubſtantia quò ad eſſe iuris:tamẽ debethabere figurã eſſe.per.l.ſi quis legatũ ff.de fal.vbi quis aſcribit falſò legatum.tenetur etiã ſi teſtamentum rumpatur. dummodò teſtamentum habeat certitudinẽ:licet non ſit ſolenne.& iſta dixi in.d.c.veniẽs. Quibus adde Rotam de reſcri.j.in antiquioribus. vbi dicitur ꝙ comparens ex clauſula reſcriptꝰ quorum intereſt. debet in primis ſummariè docere ꝙ ſua interſit. dicit etiã Rot.de iud.x.in antiquis.ꝙ intereſſe debet probari in primis,ſaltem ſummariè.Et dicit eleganter An.in.l.adoptio. ver.denuo videtis.ff.de adop.ꝙ aliud eſt velle admitti ad contradicendum:& tunc ſufficit ꝙ contradicentis interſit. Aliud eſt velle obtinere ſuper contradictione:& tunc non ſufficit ꝙ interſit, niſi probet rõnem ſuæ contradictionis:ne incurrat intereſſe.Idem Ab.hûc ad fi. ver. hoc mihi placet.dixit etiam Egi.belle.deci.xxxviij.eccleſia,& minor.ꝙ quando eccleſia,vel minor petit reſtitutionem in integ.aduerſus læſionem:ſufficit docere ſummariè de læſione in limine ipſius reſtitutionis obtinendæ:attento ꝙ poſt eam obtẽtam habet doceri plenè de læſione.Idẽ dicit cùm petitur reſtitutio ad appellãdum à diffinitiua:vel cõtra lapſum fatalium ad appellationem proſequendam: tunc enim dicendum eſt in aliquo de iuſtitia volentis reſtitui.que poſtea ſeriouſius diſcutietur: & docebitur in ipſo exordio reſtitutionis etiam de negotio principali:quia aliter læſio non eſſet vera, ex quo non habenti ius in principali negotio non intereſt appellare: facit etiam ad iſta quod not. Rota. de probatio.vj. Item ſi quis dicatin nouis.vbi dicitur quòd ſufficit agentem poſſeſſorio recuperandæ dare articulum de colorato titulo:licet non concludat:dummodo probationes ſuper eo concludãt. & ſequitur Bu.in.c.in literis.in.vj.col.de reſti.ſpo.ſicut etiam dixit Egi.belle.deci.l.ſi petens. ꝙ petens ſe reſtitui ad poſſeſſionem beneficij,ſi deducit collationemvicarij,ſatis colorat titulum:licet non probet ꝙ mandatum vicarij extẽdat ſe ad collationes.Dixit etiã Cal.de re iudi.conſi.ix.ꝙ ſi tertius ſciuit de proceſſu facto inter alios, & de ſententia ſuper bñficio lata,nõ põtopponere ſe executiõi ſed iputet ſibi curſciens prius non comparuit.inducit Ioã.an.hûc & alia.Vbi par eſt intereſſe litigantis,& tertij, nõ poteſt tertius litigantem remouere:ſed ſolum aſſiſtere.d.l.principaliter.la.ij.Fallit vbi litigans eſſet ſuſpectus.Innoc.& But. hûc per.l.ab executore.§.alio.ff.de app. Contrarium tenet Imol.hûc.& in.d.l.à ſententia.quia tex.in.d.§.alio.loquitur quando ad tertium primo loco ſpectat defenſio,vt in emptore reſpectu venditoris.Item non dicitur ibi ꝙ poſſit ſuſpectum remouere:ſed ꝙ poteſt litem proſequi ſicut ſi ipſe appell aſſet. ¶ Item reprobat Inn.dum vult ꝙ ille ad quẽ ſecundo loco ſpectat defenſio,poteſt remouere litigantẽ ad quem primo loco ſpectat defenſio,ſi eſt ſuſpectus.quia tex.in.§.alio.hoc non probat.& cum eo tranſit Alex.in.d. l.ſæpe.fo.vlti.Reliqua de iſto tertio volente per ſe tantũ, vel pariter,proſequi litem.proſequere vt per Imo.& Ange.de are.in.d.l.à ſententia.v.&.vj.col.& ibi etiam ꝙ principali inuito poteſt tertius proſequi per.d.l.principaliter. in fi.& ibi etiam latè quando huic tertio obſtet publica-

17 tio teſtium. ¶ † Sciatis etiam ꝙ ſi eſt cõcluſum inter duos in cauſa,& tertius pro ſuo intereſſe dedit contra eos efficaces obiectus,qui fuerunt remiſſi ad partes, certè pendẽtia huius remiſſionis non retardabit ſententiam inter illos duos.Rot.de iud.iiij.in antiquioribus.alleg.Inn.hîc.& d.l.is à quo.& alia.dixit etiam Rot.de procu.vlt.in nouis. ꝙ quando venit iſte tertius,debet reſpectu ipſius renouare mandatum in procuratore. An autem ſit renouandus proceſſus non firmant.Sed collector innuit ꝙ non per.c. fi.vt lit.pen.in.vj.ſcias etiam quod executio ſententiæ fit contra illum contra quem eſt lata abſq; cauſæ cognitione non ſic contra tertium,cũ quo nouum iudicium inchoabitur:niſi ipſe conſentiret proceſſui.Rota de re iu. vlt. in nouis. & ibi vtrum excommunicatus audiatur vt tertius pro ſuo intereſſe de quo dixi poſt Bald.in.c.cum inter.de excep.Item not.ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ nullus tertius opponat ſe executioni:ſed ſaluum ſit ei ius ſuum. ¶ Tamen tertius cuius præiudicium eſſet irreparabile,vel malè reparabile, facta executione poteſt ei ſe opponere. Vnde tertius habens obligata nomina quorundam debitorum Titij,poteſt ſe opponere executioni contra eos imminenti.etiam ſi contra principalem nondum eſſet facta executio.Alex. pulchrè conſi.mihi.xvij.Requiſitus in cauſa vertente.vbi ſunt multa ad propoſitũ:& oſtendit paria eſſe ꝙ præiudicium non ſit reparabile,vel non ex toto ita facilè reparabile.iuxta verba Bald.in.l.j.C.de in inte. reſti.poſtu. dum appellat carcerem præiudicium irretractabile:& tamen carceratus poteſt excarcerari,& agere actiõe iniuriarum: per quam conſequitur etiam damnum & iniuriam,ſi fuit iniuſtè carceratus.l.pe.C.qui bo.cæ.poſ. Sed tñ ille actus dicitur eſſe non ex toto retractabilis propter incommodum & aliqualem infamię notam:adeo ꝙ poſſet tale grauamen allegari ad impediendam executionem in omni caſu quo grauamen penitus irreparabile poſſet allegari:puta in caſu cle.j.de re iudi.vt ibi per Car.in.iij.q.faciũt quę latè deduxi in.c.eccleſia.lxiij.col.ver.cõfirmari poteſt.de conſti.oſtendendo ꝙ difficultas magna plerunq; æquiparatur impoſſibilitati. ¶ Scias etiã quòd tertio venienti ad cauſam pro ſuo intereſſe non ob. poſſeſſorium pendens inter alios,quo minus poſsit petitorium etiam ab eis ſuſpenſum ſuſcitari.Rot.de cauſa poſ.iij.in nouis.quod etiã no.ad cle.j.de cau.poſ.Facit elegans deciſio Rotæ de cau. poſ.vj.in antiquis. dicens ꝙ ſtante ſuſpenſione petitorij inter duos coram vno iudice,poteſt illud intẽtari coram

18 alio cum alio collitigante. ¶ † Item not. ꝙ ſi executioni trium ſententiarum opponat ſe tertius,dicens ſe poſſediſſe ante litem ceptam,impediet executionem: & onus probandi contrarium incumbet victori.Rot.de proba.ix.in nouis.Facit id quod tandem firmat Car.in cle.j.in.x.q. de re iudi.volens poſt Zenze.& lap.ꝙ illa cle.non habet locum in tertio opponente ſe executioni trium ſententiarum.no.Ro.de re iudi.iij.in antiquioribus.licet variet in ti.de re iudi.vij.aliâs.x.in antiquis.Inſuper no.ꝙ attenta per tertium lite pendente non reuocantur ſummariè: ſed ordine iuris ſeruato:niſi vna cum tertio fiat illa innouatio etiam per partem.quia tunc quod aliâs ordinariè reuocaretur,nũc reuocabitur ſummariè:ac ſi per ſolam partem fuiſſet attentatum Tho.faſtoli dubio Rotæ.xix.vnũ dubium & pleniſſimè Rota.vt lit.pen.iiij. in antiquis. Et ex prædictis (ſi bene perſpicis) habes in iſto calce perſtrictas nouo cumulo.xxxvj.aureas concluſiones circa tertiũ comparentem pro ſuo interreſſe per quas in cõtingentia facti videri poteris doctor non congregarius. De tertio autem volẽte impedire executionem vide doctrina Car. in cle.j.iiij.col.ver.generaliter autem. de re iudic. Scripti aliâs ſatis in.c.veniens lo.ij.de teſti.vbi eſſent addenda alia qua:de quibus poſteà ſcripſit Ale.in.l.à diuo.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudi in addi.nouis.Et prędictis adde ꝙ tertio venienti ad cauſam pro ſuo intereſſe debet dari copia atteſtationi

ª ¶ Et inſtrumenta. Vide Imo. idem tenentem in. d.c. veniens.

teſtationum etiam publicarum.Egi.cclviij.tertio. Et no. ꝙ acta habita in cauſa beneficiali per appellationem deuolutã cõtra principalẽ,faciũt fidẽ cõtra illos quorũ ĩtereſt, qui ſciuerũtagi:etiã ſi ſint tales,quorũ ĩtereſſe lõge poſt appellationem inccepit: quia potuerunt venire ad cauſam ſtatim cum ſciuerunt vt hîc ſecundùm.Egi.deci. ccccxxxvij.acta habita.Item no.ꝙ reuocatur impetratio facta lib.pen.ſi alius obtinuit ſe admitti ad cauſam priuationis: & fuerit admiſſus vt tertius:licet plus nõ fecerit, nec docuerit de intereſſe ſuo:quia ita inducit pendentia ſola admiſsio,ſicut ſola citatio legitimè executa.Egi.xlv.ſi pendẽte.Item no.ꝙ ſi tertius contra quem producũtur literæ executoriales in vim clauſulæ & quoſcunq; intruſos.& in trudendos.dicit ſe poſſediſſe ante motam litem,vt verificet commiſsionem ſuperinde obtentam,non tenetur ipſe hoc probare.Sed ille qui dicit eum poſſediſſe poſt ceptam litem.Egi.deci.dccix.ſuppoſito.& ſubdit deci.ſequenti.ꝙ probando ꝙ reus durante lite,& tempore ſententiæ pro poſſeſſore habebatur publicè & notoriè: eoipſo exonerat ſe approbatione negatiuę ꝙ Titius non poſſederit ante ſententias.cùm non ſit poſsibile duos inſolidum poſsidere.Item no.ꝙ executioni fiendę contra victum non obſtãt feriæ:ſecus ſi cõtratertiũ poſſeſſoré dicẽte ſe neſciuiſſe cãm agi. quia de hoc cõſtare debet cum cauſæ cognitione pleniore quàm contra victum:tamen tacito conſenſu partium actus valebit.Egi.deci.dccxiij.ſi ſentẽtia.& vult ibideci.præcedenti.ꝙ ſententia lata ſuper bñficio inter duos nocet tertio ſcienti quò ad poſſeſsionem:licet in fi.dicat ꝙ ipſe & quidam alij volebant melius cogitare:tamen tẽpore meo Rota receſsit ab illa deci.Egi.propter tex.in.d. l.ſæpe.& fuit talis occurrentia facti. Titius qui poſsidebat appallauit pro intereſſe ſuo à ſententia lata inter duos:deſeruit appellationẽ victor obtinuit commiſsionem vt conſtito de re iudi.decerneret executoriales:voluerũt domini ꝙ non poſſent decerni contra illum tertium:quia ſicut ſibi non nocebat ſententia:ita nec ille tranſitus in rem iudi.Concurrebat etiam aliud.ꝙ ipſe nõ docuerat de ſuo intereſſe:& ſic non expreſſerat,nec deduxerat cauſam in ſua appellatione prout iſto caſu debet.vt.ſ.dixi in prin.& ſic appellatio erat pro nõ appellatione.Item ſcias ꝙ qñ in tertia inſtantia tertius obtinet addmitti in eo ſtatu in quo eſt cauſa,tũc illa ſententia eſt tertia etiam quò ad ipſum: licet in duabus primis nõ comparuerit:& ideo debet ipſe appellare ab illa tertia:& ſi non appellat,tranſit etiam quò ad eum in rem iud.ex quo ſciuit cauſam ſe tangentem agi tari,imò etiam immiſcuit ſe liti.Et cum quidam tertius proſecutus fuiſſet coram eodem iudice ad aliam ſentẽtiã, & reportaſſet contra ſe,oportuit ꝙ per vnam commiſsio validaret illum proceſſum propter appellationem mihi commiſsam ſecundùm communem opi.dominorũ meorum coauditorum:& iſtud rectè colligunt ex dictis Oldr. conſi.cclv. Contra prouiſionẽ. vbi vult quòd ſi non eſt appellatum à tertio qui venit ad cauſam à ſentẽtia lata cõtra alium,illa tranſit in rem iudi.ita contra ipſum, ſicut contra principalem:cùm ſciuerit cauſam agi, & fecerit ſe partem Felinus auditor.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Præſentatus,nondum tamen admiſſus:quod ius habet?*
2 *Electus quale ius acquirit ex ſua electione?*
3 *Eligentes ſi diſſentiant eo tempore quo electus acceptat,non præiudicãt electo.*
4 *Beneficium electiuum quod dicatur?*
Oldradus doctor fuit magnæ authoritatis.poſt.nu.4.
5 *Poſtulatus quale ius acquirit ex poſtulatione?*
6 *Collatio quale ius conferat?*
7 *Electio & præſentatio,qualiter differant?*
8 *Inſtitutio facta ſpreto patrono eſt nulla.Quæ regula limitatur tribus modis.primo,niſi patronus conſentiat ex poſtfacto. nu.9.Hæc limitatio non habet locum.ſi Epiſcopus contulit iure deuoluto,putans patronum negligẽtem,vel priuatum: cum non eſſet.nu.10.*
11 *Inſtitutio facta ſpreto petrono,non vitiatur,quando Epiſcopus contulit ipſi patrono:vel niſi fiat collatio patrono præſente & tacente.nu.12.*
13 *Epiſcopus ſi proponat edictum quãdo vult conferre beneficiũ, vocans illos quorum intereſt, an ſi intra illud tempus patronus non comparet,perdat ius contradicẽdi,ac videatur conſentire:licet quadrimeſtre non ſit elapſum?*
14 *Inſtitutio facta non vocato patrono,non vitiatur:ſi poſt collationem factam ſit lapſum tempus præſentandi.*
15 *Permutatio facta non vocato patrono:ſi Epiſcopus ei auctorizet:valet.*
Inſtitutio facta non vocato patrono,tenet:quando patronus ſi vocatus eſſet,non poſſet præſentare quem vellet.poſt.nu. 15.verſi.limita ſextò.
16 *Index à quo,an poſsit præfigere tempus appellanti,etiam ſi nõ detulerit appellationi?*
17 *Articulus non iuriſditionalis ab inferiore à principe,an poſsit ſubdelegari?*
18 *Examinatio teſtium,an poſsit ſubdelegari?*
19 *Condemnatus ſi ſe probat in abſentia condemnatum,reſtituitur:vel dicitur nulliter condemnatus,docto de legitima abſentia.*
eũ. quem vide. Et adde omnino eũdem in. c. ij. in. ij. coĵ. de eo qui duxit in matrimonium & c. probatur in auth. ſacramenta puberum. C. ſi ad uer. ven. & in. d. c. quãuis. in ver. nec dolo. quic quid ſenſerit Arch. ibi. & Bal. in. c. peruenit. de iureiur. ¶ Secundus caſus eſt. quando eſſet co actio præciſa. ita dicunt glo. Io. and. do. Ant. & do. Abb. in. d. c. verum. ¶ Tertius eſt in caſibus in quibus metus annullat ipſo iure. nam in eiſ dem iuramentum erit nullum. ita ſenſit Anch. in. d. conſi. quod declara vt ibi per eum. dum al leg. e. ij. de hæreti. in. vj. ¶ Secundò declara hãc conclusionem. vt procedat etiam ſi per dolum præſtitum eſſet iuratum. quia requireretur abſolutio. ita apertè no. Imo. in. d. c. venerabilem. in fi. quod eſt bene not. & ita vidi obtineri in facto. Tertiò declara. vt procedat etiam in te merario iuramento, vel etiam in pernicioſo. ſe cundùm Inno. quem iequuntur alij in. d. c. ve nerabilem. de elec. ¶ Quartò declara. vt proce dat in iuramento pluribus notato. quod eſt illici tum ex cauſa occulta. quia propter aliorum ſcã dalum non poteſt authoritate propria contra uenire. ita habetur in ſumma Piſana. in ver. iu ramentum. el. ij. & ſ. ij. in fin. & facit optimè. c. commiſſum ĵ. eo. ¶ Modò hanc concluſionẽ limita primò † niſi immineret neceſsitas. & nõ poſſet haberi ſuperior. à quo peteretur abſolu tio: quia tunc etiam contra iuramentum licи tum licet venire propria authoritate. ita ſing. dixit Inn. in. d. c. venerabilem. in fi. gl. ſuper ver. venerit. quem referũt & ſequuntur ibi omnes doc. & do. Abb. in. c. quantò. in. vj. col. de iure iu. & Bal. dicens hoc eſſe notandum in. l. nõ du bium. in antepe. col. C. de legi. & ſentit Roma. in ſing. cccccix. inci. Tu ſai. Et pro hoc facit qđ latè no. do. Abb. in. c. ſi. in. ij. col. de eccle. ædifi. ꝙ prælatus qui iurauit non alienare inconſulto Ro. põ. poteſt alienare. ſi imminet ſumma neceſsitas alienandi, & tantam celeritatem requirat ꝙ non poſsit conſuli ſuperior: & adducit plura. de quibus ibi. maximè tex. in. l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tut. vbi in caſu neceſſi tatis poteſt tutor inuentario non confecto adminiſtrare bona pupilli: quod aliàs ceſſante ne ceſsitate facere non poteſt. Facit quod not. do. Ant. in. c. inter quatuor. in fin. de cleri. non reſi. vbi dicit ꝙ licet clericus non poſsit ſe abſentare à reſidentia eccleſiæ ſuæ ſine licentia ſui præ lati. vt in. c. relatum. in fi. de cle. non reſi. tamen ſi eſt ita arctatus quòd non poteſt petere licen tiam, licitè ſe abſentauit. ¶ Facit quod not. Tho. in. ij. ij. q. lxxxviij. articu. ij. ad fi. &. q. cxl vij. ar. iij. ante medium. vbi dicit quòd ratione inſtantis periculi licitum eſt tranſgredi ieiu nium. ſi ſuperior aditi nõ poteſt. ¶ Facit quod no. Arch. in. c. Abbatibus. xij. q. ij. vbi dicit ꝙ li cet inferior eccleſia non poſsit alienare bona ſine authoritate epiſcopi. vt no. glo. in. c. in ven ditionibus. xvij. q. iiij. & habetur in. c. j. de reb: eccle. non alie. li. vj. tamen ſi adeſt maxima ne ceſsitas, hoc fieri poterit. facit quod no. Archi. in. c. placuit. xij. q. ij. vbi dicit ꝙ in alienatione rerum eccleſiaſticarum requiritur conſenſus capituli: tamen ſi adſit tanta neceſsitas ꝙ cõſen ſus capituli expectari non poſſit, licitè aliena bit eo inconſulto. facit quod not. do. Cardi. in cle. prima ad fin. de offi. or. vbi dicit quòd licet ordinarij nullo modo poſſint punire exceptos cle. j. de exceſſ. præla. propter eorum priuilegia. quorum tenor at tenditur. c. porrò. & c. recepimus. de priui. tamen ſi occurreret caſus in quo eſſet difficilis & periculoſus acceſſus ad papam, poterit eos ordinarius punire. ¶ Facit quod no. Inn. in. c. olim. el. j. ante fi. de reſti. ſpo. vbi dicit ꝙ licet nemo debeat inuadere rem ſuã autho ritate propria. l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. tamen ſi non habet co piam ſuperioris, nec ſperet habere, & imminet cõmoditas: poteſt illam, vel illi æquiualentem ceſſante ſcandalo furtiuè ſubtrahere. & eſt glo. ſingu. in. c. ius gentium. in gl. j. in fi. j. diſt. quem ſequitur Bal. in. l. j. C. vbi quis de curiali. Facit tex. in. l. ait prætor. §. ſi debito rem. ff. de his quæ in frau. cre. & quod no. gl. in. l. nullus. C. de iudæ. 37 & latius dicetur aliàs. ¶ Secundò limita hanc concluſionem. † niſi ſubeſſet aliqua magna vtilitas ſpecialis. ita dicit Inn. in. d. c. venerabilem. puta quia agitur de re multum vtili ad ſalutem animæ: quia licitũ eſt tranſgredi iuramentũ. quod ſeruari non põt ſine interitu ſalutis eternæ: quod vltimum non placet hîc Hoſti. quia ꝓpter vti litatem non eſt periurium committendum. nõ enim debet admitti malũ propter bonũ quod inde eſt. vt in. c. nõ magno. ne cle. vel mo. ſed Do. Car. ſequitur Inno. quia magna vtilitas comparatur neceſ ſitati. vt no. Inn. in. c. cum omnes de conſti. & ſequitur ibi do. Abb. quando imminet talis vtilitas, pro qua ſuperior ipſum verſimiliter ſi potuiſſet adiri, abſoluiſſet. argu. d. l. tutor qui repertoriũ. & ꝓ hoc optimè facit gl. in ver. vtilitas. in. c. & ſi Chriſtus de iureiuran. Item circa iſtam concluſionem eſſet videndũ quando ſtatuẽtes poſ ſint tollere ſtatutum iuratũ. de quo dic vt elegãtiſſimè per do. Car. poſt Pau. & Io. de lig. in cle. j. in. ij. char. de reg. verſi. Tertiò quæro. per Io. an. & Do. in. c. vnico. in. ix. col. de re. permu. lib. vj. per Imol. poſt. d. Ant. in. c. conſtitutus. in. viij. col. de reſcri. per Ancha. in rep. c. j. in. xxxv. char. ver. quæro vlterius. de conſti. & Io. and. d. Abb. & Imo. in. c. dilecto. de prẽben. per gl. & doc. in. c. in his. xj. diſt. per do. Abb. in. c. cùm ad monaſterium. in. iij. col. de ſta. reg. cum cõcor. Et in hac concluſione plura etiam adduci poſſent: ſed in ipſa & præce dentibus contentus fui rememorare hæc pauca per alios non addu cta: & perpetuò notanda. Reliqua proſequere vt in locis prœall. per ſingulas concluſiones. & hæc ſufficiant pro præſenti commento.
¶ Finit lectura domini Felini ſandæi ferrarien. fontis iuris canoni ci vberrimi. ſuper titu. de ſponſalibus.

¶ Felini Sandæi Ferrarien. Lectura peregrina: & optimè digeſta. Super ti. de accuſationibus: cum alijs titulis ſequentibus nouiter in lucem edita. & quamplurimum neceſſaria.

✠ SVMMARIVM. ✠

1 *Rubricæ an ſint authenticæ: ita vt poſſint allegari?*
2 *Scriptor obligatus ad ſcribendum librum: an teneatur ſcribere rubricas?*
3 *Accuſatio quid ſit?*
4 *Inquiſitio qualiter diffinitur?*
5 *Accuſator an teneatur inſerere in libello quòd accuſatus ſcienter commiſit delictum?*

¶ Suprà vidimus de accuſationibus ciuilibus, hoc eſt de cauſis in quib⁹ nõ miſcent crimina, nec dicta. modò quia reſtabat videre de ipſis actionibus criminalibus: competenti ordine iſta rub. annecti tur. poſſumus etiã aliter continuare quod intendens Papa in ſequẽ tibus tit. de criminibus tractare: ideo rationabile fuit præmittere iſtum titulum de accuſationibus. & iſta continuatio ſit potius ad abundantiorem cautelam: quia iſtæ rubricæ librorum non continuantur de neceſsitate ad præcedentia. vt glo. in rub. ff. de cõdi. fur.
1 ¶ † Vtrũ aũt rubricæ ſint authẽticæ: ita ꝙ poſſint allegari tanquã tex. vel ſcriptor qui ſcribit librum, teneatur ſcribere rubricas? do. Ant. & do. Abb. nihil tangunt. do. Io. de ana. dicit ꝙ poſſumus alle
a gare rubricam[a] tanquã tex. qñ habẽt oration em perfectam. alle. gl. de pœ. di. j. in. c. hæc verba. gl. no. in prœmio ſexti. in ver. titulis hæc de omnibus rubricis voluminum tam ciuilium quã canonicorum. niſi rubricæ decreti. quæ nõ ſunt authenticæ. vt eſt gl. no. iij. q. ix. c. chartæ. & quod Gratian⁹ nõ habuerit authoritatẽ condẽdi leges te net Io. an. in ti. de diſpu. & allegationib⁹. §. fi. ¶ Et ad prædicta infe
2 runt ꝙ † ſcriptor obligat⁹ ad ſcribendũ librũ. tenetur etiã ſcribere rubricas.

rubricas. vt in glo. in ver. debitis titulis. in prœ. vj. Et in quantũ dixi vtrum rubricæ ſint authenticæ. Adde Do. in c. quis neſciat. ix. diſt. ¶ Inquantùm dixit vtrum rubricæ poſſint allegari tanquam tex. Adde gl. ij. in. c. volumus. in titulo qui in verbo certo. de reſcript. libr. vj. in. c. ſi ſuper gratia. in verſicu. conſeruatores. de offic. delega. in ſexto. ¶ Et not. ꝙ poſſumus põderare rubricas ad quatuor eſſe ctus. Primò. quando habet orationem perfectam, poteſt allegari tanquã tex. Secũdò poſſumus allegare rubricam, quãdo talis actus eſt exceptuatus ſub tali rubrica. vt in. c. j. de offi. deleg. in. vj. ibi. in ver. conſeruatores. Item ex or dine rubricæ poſſumus ſumere argumentũ Io. an. in. c. ij. de mut. peti. ¶ Item vtrum ſcriptor teneatur ſcribere ru bricas? vide Ang. in. l. non idcirco. ff. de iudi. hoc limita ve rum. niſi conſuetudo haberet contrariũ. Ange. in. l. ſtipu
3 lationes cõmodiſsimè. de verbo. obli. ¶ Quæro † quid ſit accuſatio. & quid denunciatio. & quid inquiſitio. ¶ Et ac cuſatio eſt delatio alicuius criminis ad vindictam publicã in iudicio legitima interueniente deſcriptione. Ita com muniter doc. hîc. Denunciatio eſt ius deferendi criminis alicuius hominis doli capacis ad pœnitentiam vel correctionem legitima monitione præcedente. ¶ † Inquiſitio
4 eſt alicuius criminis manifeſti ex bono & æquo à iudice cõpetenti canonicè facta inueſtigatio. De materia primæ partis habetur in decre. ij. q. vij. & ix. per totũ. iij. q. iiij. v. & vj. per totum. De ſecunda parte. ſ. inquiſitionis. in ca. j. in. c. ſemper. & in. c. deus omnipotens. ij. q. j. De tertia par te. ſ. denunciationis. ij. q. j. c. ſi peccauerit. & c. ſi quis. & c. quapropter. eadem cauſa & quæſtione. ¶ Vtrum inquiſi tio ſit remedium ordinarium, vel extraordinariũ. tracta tur plenè per dominum Abb. in rub. de iudi. tene ꝙ de iu re ciuili inquiſitio eſt remedium extraordinarium: de iu re canonico eſt remedium ordinarium. ¶ † Vtrum in ac
5 cuſatione accuſans teneatur inſerere iſtud verbum ꝙ ac cuſatus ſcienter fecit. Bal. in. l. ij. in. xviij. col. C. qui acc. nõ poſ. dicit quòd ſic. & aliàs non valeat accuſatio. allegat gl. in. l. ex maleficijs. in. §. longè minus. in verbo ignorãs. ff. de act. & obliga. Limita. niſi actus oſtenderit ſcientiam. dato quod accuſator non exprimat ſcientiam. puta. P. vulnera uit Titium. iſtud vulnus oſtendit ſcientiam. aliàs ſi actus ille non oſtendat ſcientiam, militat deciſio Bal. ¶ Vtrum accuſatio ſit de præcepto. & arguitur quòd non ſit præce ptum. probatur. quia nullus accuſatur. vt latè beat⁹ Tho. ſecunda ſecundæ. q. lxviij. articulo primo. Quod accuſa tio ſit licita. vide tex. in. c. ſi quis. xxx. lxxviij. diſt. Ad idem. iij. q. v. c. de accuſationibus. ¶ No. vlt. quòd ſi iudex videt ꝙ aliquis accuſat alium veniendo ad iudicem non appeti tu ordinario nec ad bonum publicum: debet eum repelle re. Inn. in. c. dudum. el. ij. de electione. Secundò no. ꝙ de nuncians crimen alicuius ſine cauſa, peccat. Inno. in. c. du dum. el. ij. de elec. & Inn. in. c. ſolicitudinem. de app. ſuper verbo notorio. Et per hoc do tibi tex. ſingulare in. c. Epi
a ſcopus. §. ſi ergo. xj. q. iij. ver. ex animo. vide Arch. ij. q. vij. in. c. quærendum. vbi dicit illud idem quod dicit Innoc. in. c. dudum. ¶ Sed quid[a] econuerſo ſi iudex non recipit accuſationem bene formatam, facit litem ſuam. Bald. in l. mancipia. C. de ſeruis fugiti. allegat. l. argentarius. ff. de edendo.

De accuſationibus. Rubr.

✠ SVMM. ARIVM. ✠

1 *Iudex nedum debet inquirere de illegitimitate accuſantis: ſed etiam ex officio eum repellere.*
2 *Exceptio de illegitimitate perſonæ accuſatoris eſt proponenda ante litem conteſtatam: hoc limitatur vt hic.*
3 *Infamis, pupillus, inimicus, an poſſint accuſare? vide nu. 4. 5.*
6 *Pauper quis dicatur?*
7 *Legitimatio perſonæ etiam requiritur in cauſis ſummarijs. in quibus procedatur ſine ſtrepitu iudiciorum.*
8 *Criminoſus in quibus caſibus admittatur contra reum accuſandum.*

¶ CAP. I.



I legiti mus. Ad petitionem illegitimi accuſatoris non eſt reus ad iudicium trahendus. ¶ † De legitimatione per
1 b ſonæ videbimus etiam inquirendo. vide gloſ. in capi. j. in verbo abſentia. de electione in. vj. vbi eſt text. quòd non ſolùm debet inquiri de illegiti mitate perſonæ: verum etiam iudex ex officio habet eum repellere. vide textum. per illam gloſſam. in capi. in notuit. de electione. vide Hoſtien. in. c. quòd ſicut. de electione. vbi dicit quòd eſt verum quòd primò de perſonis eſt inquirendum, quando quis comparet no mine alieno. ſecus dicit ipſe quando quis comparet no mine proprio. ſed in contrarium eſt text. hîc. Sed nonne dicemus quòd de perſonis primò eſt inquirendum? Re ſpondeo quòd eſt verum principaliter. non autem ſe cundariò & incidenter. vt per Barto. in conſilio ſecundo. quod incipit. In prima quæſtione. pro quo eſt gloſſ. fi na. in capi. quia. de pact. in ſexta. Not. quòd exceptio ille gitimitatis eſt dilatoria. eodem modo de exceptione tua non intereſt. & debet proponi ante litem conteſta tam. aliàs eſt præcluſa via proponendi. limita quando exceptio iſta eſſet de iure naturali, gentium, & ciuili. quia tunc potero opponere etiam poſt lit. conteſt. dato quòd primò ſciuerim. Iſtud fuit dictum domi. Barto. in rubri. C. qui accuſa. non poſſ. in quarta columna. & alle
2 gat Inn. in. c. ſciſcitatus. de reſcript. in. vj. ¶ † Not. vnam limitationem ad iſtud quod dicitur. ꝙ primò de legiti matione perſonarum eſt inquirendum. & quod ſi talis exceptio non fuerit oppoſita ante litem conteſtatam, non poterit amplius opponere. eſt verum quando tale crimen opponendum erat in rerum natura à principio: ſecus ſi poſt litem conteſta. euenit. quia tunc tale crimen non habet impedire quod principaliter eſt legitimè fa ctum. Bartol. in. l. Neratius. ff. de fideiuſſori. & allegat text. in lege is qui reus. de publicis indicijs. in fine. in prima regula factum. de regul. iur. in ſexto. contra dictum Barto. facit lex. hos accuſare. §. hoc beneficio in gloſſ. j. ff. de accuſatio. & dictum Specu. vbi ante omnia Spe cul. in titul. de accuſatore. enumerat omnes exceptio nes quæ poſſent opponi contra accuſatorem. ij. q. j. c.
b prohibentur. & inquantùm dicit quòd criminoſus[b] non poteſt alium accuſare. Sed contrà. nemo ſine crimine viuit. Reſpondeo ſecundùm. do. Anto. quia verum eſt de iure canonico, & aliud de iure ciuili. quia de iure ciui li niſi ſit condemnatus per ſententiam, non poteſt repelli: ſecus de iure canonico. quia criminoſus qui poteſt con uinci, repellitur etiã ab omni crimine in quo perſeuerat. in. c. quærendum. in. c. alieni. ij. q. vij. & dicit do. Abb. eſſe verũ. quãdo quis proſequitur & accuſat ad vindictã publi cam. ſecus qn ſuã & ſuorum iniuriam proſequitur. in. d. c. quærendum. & in. c. alieni. ij. q. vij. Sed dicas quod aliqua.

a ¶ Sed quid ſi ecõ uerſ. Adde. ad idẽ eſt ſi nõ inquirit ad denũciationẽ officialis ad hoc miſſi. quia facit li tẽ ſuã. ita Bal. in Liubemus. C. de proba. ar. l. j. §. ſanè. ff. de offi. præ ſe. vbis.

6 ¶ Criminoſus. Ad de ꝙ criminoſus & alij inhabiles ad accuſandũ ad mittunt⁹ qñ ſuam vel ſuorũ iniuriã proſequũtur. l. hî qñ. ff. de accuſa. & in. c. oĩbus. iij. q. v. Itẽ admittũt⁹ in crimine læſæ maieſtatis. ſimo. mæ. & in crimine hæreſis. de primo eſt text. in. l. fi. C. ad. l. iul. maieſt. de. ij. in capitu. licet heli. de ſi mo. de tertio. in. l. manichæos. C. de hære. Item in cri mine fraudati cẽ ſus, fraudatæ annonę, & dilapida tionis eccleſiæ. d. c. licet heli. de re. eccl. non alie. c. ſi quis presbytero rum. & ff. de acc. l. ex iudiciorũ. In telligę tamen ꝙ inimicus capita lis aliquo modo admittitur tñ in dictis caſibus. c. per tuas. extra de ſimo. Et adde in caſibus in qui bus infamis. & a lij non admittun tur ad accuſandũ ſi non accuſaret tenet accuſatio: niſi opponaĩ. ita Bar. in. l. j. §. accuſatione. ff. ad turpil. de quo p Bal. in rub. C. qui acc. non poſ. in. iij. co. & per Bart. in. l. ſi maritus. §. preſcri ptiones. ff. de accuſ. cum. l. abſen tem. ff. de pœnis. per Roma. in. l. ij. §. occiſorũ. ff. ad ſyllan. & Bal. in. l. ſi eum. in prin. ff. ſi quis eau.

ſunt crimina quæ ipſo iure infamant. vt in gloſ. antepe. ff. de his qui notãtur infamia. & iſti repellũtur ab accuſatione. & non requiritur aliqua ſentẽtia. ex hoc de iure ciuili.

3 ¶ †Vtrum infamis infamia facti repellatur ab accuſatione? tenuit Spe. quod ſic. in tit. de accuſatore. in. iiij. col. in ver. quid de his Io. an. in. c. omnipotẽs j̃. e. Maria. hîc. & d. Abb. concludunt q̃ infamis infamia iuris repellitur: infamis infamia facti non repellitur de iure ciuili: de iure canonico attenditur qualitas delicti. ¶ †Vtrũ inimicus repellatur ab accuſatione de iure ciuili? non reperitur iure cautum: de iure canonico ſi ſunt graues inimicitiæ, repellitur. in. c. meminimus. & c. cùm oporteat j̃. e. ti. ¶ †Vtrũ pupillus poſsit accuſare? dicit q̃ nõ. ij. q. j. c. phibetur niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. in. l. clarum. C. de authoritate præſtanda. in. l. ij. C. qui accuſare non poſſunt. & tunc tutor accuſabit pro pupillo. Sed do. Abb. hîc tenuit ſingulariter quod qui eſt in. xiiij. anno poteſt accuſare. licet do. Marianus conatus fuerit infringere iſtã opinionẽ ſupradictam. & de iſta materia vide Ludouic. rom. in. l. de pupillo. in princ. ff. de no. ope. nun. per Sali. in. l. ij. C. de accu. per Ang. in. l. ij. ff. eo. & per Io. an. in additio. ad Spe. in dicto titulo. de accuſatore. ver. quid de pubere. iiij. col. ¶ †Quis dicatur pauper: plenè vide gl. in auth. præterea. C. vnde vir & vxor. in gl. in. l. ſi verò §. ij. ff. qui ſatiſdare cog. Imo. & do. Abb. in. c. Odoardus. de ſolutio. gl. in l. illicitas. in §. ne tenuis. ff. de offic. præſi. gl. in. l. ſed & ſi ſu ſceperit §. j. ff. de iudi. gl. in. c. in primis. in ver. de paupere. ij. q. j. vnde dicit. gl. illa q̃ cauſa pauperis ante omnia eſt ex pedienda. ¶ In gl. ſi. No. duo ex gl. primò q̃ reus abſoluif data illegitimitate accuſatoris. Quid ſi accuſatus non opponit de illegitimitate accuſatoris, nec iudex repellit eũ ex officio, vtrum proceſſus valet? communis determinatio doc. hæc eſt. quòd valet proceſſus. per tex. in. c pia. de except. in. vj. ¶ †No. quòd intantũ requiritur in iudicio, legitimatio perſonæ quòd etiam in cauſis ſummarijs. in quibus proceditur ſine ſtrepitu, requirif iſta legitimatio perſonarũ. Bal. in. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhi. & Bar. in. l. ij. in fi. C. de edict. diui. adr. tol. ¶ †No. modò quatuor limitationes ad iſtum tex. in quibus admittitur criminoſus contra reum. & primò fallit. niſi iudex vellet quòd accuſator criminoſus etiam inuitus proſequeretur cauſam ad finẽ vt cognoſceret calumniam eius. gl. in. c. quidam. in verſi. poterit. v. q. j. Et not. quòd licet admittatur libellus accuſatoris. non tamen dicitur infamis, donec deprehendatur calumnia eius per inſpectionem libelli. iij. quæſtio. iiij. c. j. & c. conſanguineorum. iij. q. v. c. conſtituimus. ij. q. iij. c. j. Secundò limita. niſi eſſemus in aliquo delicto in quo ſtatutum dat poteſtatem p̃cedendi de iure & de facto. quia poteſtas tũc audiet etiam criminoſum accuſatorem. fuit dictum do. Bal. in. l. vbi pactum. in fi. C. de tranſac. per gl. ibi. ¶ Limita. iij. niſi reus tractus in iudicium immediatè confiteretur delictum. quia tunc iudex poterit eum puni re: do. Innoc. in. c. qualiter & quando. el. ij j̃. eo. & Bar. in. l. ſi maritus. Ja. ij. ff. ad. l. iul. de adulteris. & in. l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. Ratio eſt. quia confeſsio non requirit niſi condemnationem. in. c. j. & ij. de accuſa. in. vj. & intellige quando confeſſus eſt non præcedente indicio vllo. Ang. conſi. clxxv iij. cum conſi. ccxcv iij. allega. tex. in. l. fin. ff. de queſtioni, idem Bal. in. l. imperator. ff. de ſtatu hominum. Vltima limitatio eſt. quia fatigabitur reus ſaltem in hoc vt cogatur venire ad allegandum exceptionem ſuam, & ſe purgando. licet non fatigetur in principali quæſtione. vt in glo. hîc. & in. c. veniens j̃. eo.

a ¶ Vtrum vnus ſolus. Vide do. Maria. ſozi. in. c. j. de libelli oblati. arti. 4 f viij. verſi. circa ſecundum mẽbrũ.

b ¶ Quid ſi denunciet. Adde quod hãc opinionẽ tenet dominus Bonifacius de vitalinis in tract. maleſici. in tit. de denũcia. & notifi. colũ. ij. ver. ſed quid ordinatum eſt.

c ¶ Si eſt vna. Adde q̃d iſta mõitio ſufficit cõtra exigẽtes collectas à clericis, vt reddãt vel deſiſtant. ita Car. in conſi. xij. col. ij. ver. ſed diſcurramus. & ad- 8 de q̃ ad verificandã diſpoſitionem negatiuã, ſiue in verbis, ſiue in effectu, neceſſe ẽ monitionẽ p̃mitti. ita In. & Io. an. in c. extirpandæ. §. qui verò de præben. & refert & ſequitur Cardi. in conſi. lv. col. ij. in prin. & permutatur dictũ Inno. in. d. c. extirpãdę vide Fran. aret. in cõſi. cl. co. iiij. per totũ. & not. quod quãdo agitur de priuatione iuris iam quæſiti. ſem per requirif monitio. ita Bald. in aut. hoc amplius. C. de fideic. & ſequitur Aret. in. d. cõſi. cl. colum. v. ver. prætereà.

tionem ſi poſtea præmonuit?

3 *Monitio quotuplex debet eſſe? Et quòd monitio habet multos effectus. nu. 4.*

¶ CAP. II.

SI quis Epiſcopus. Qui nõ præmonuit, repellitur à denunciãdo. hoc dicit ſecundùm verum intellectũ. ¶ Nota prius ibi: *accuſatoribus.* poſſe plures vnum accuſare. vt in. l. ſi plures. ff. de accuſa. & de hoc vide gl. in. c. ac cuſatoribus. & ibi Arch. ij. q. j. & gloſſ. & domi. Ab. in. c. j. j̃. de colluſione dete. Innocen. in. c. olim. ſuper verbo idoneos j̃. eodem. Barto. plenè in. d. l. ſi plures. & Archid. in. c. epiphanium. quinta. q. vj. & vnum nota. quod id quod dicitur in accuſatore. habet locũ in denunciatore. quid autem econuerſo. ¶ †Nota ſecundò. ibi. *conuentus.* ſecundùm do. Abb. quòd iſtud verbum cõuentus. denotat etiã conuentionem extra iudicium. l. ſi conuenerit. ff. de iuriſ. om. iudi. ¶ Vtrum vnus ſolus poſsit plures accuſare: vide Bar. in. l. nihil intereſt. in princ. ff. de adulteriis. & gloſ. notabilis in. c. prohibentur. ij. q. j. in verſi. queſtum. & gl. in. c. maximianus. in verſi. libelli. lxxxj. diſtin. & plenè Bal. & Bar. in. l. qui rationibus. C. qui accuſare nõ poſſunt. Cõcluſio aut vnius accuſat plures de vno delicto. & poſſunt: aut volo accuſare plures de diuerſis delictis. & tunc

2 accuſabo duos. faciendo duos libellos. ¶ †No. iij. q̃ denũciator qui non præmonuit, poteſt proſequi denunciationem: ſi poſteà præmoneat. ſed dic cõtrà per. d. Marianum q̃ opus eſt noua denunciatione. Vltimò no. quòd primates non poſsint cognoſcere de crie Fpi: dicas quòd licet primates non poſsint deponere, tamen poſſunt denuntia re ipſum eſſe deponendum. & remittere pronunciationẽ ad Papam. vt gl. in. c. biduum §. ſi quem. in ver. annotauerit. ij. q. vj. Sed quando inferior à Papa poſsit cognoſcere de crimine Epiſcopi. vide per. d. Abb. in. c. non poteſt. de re iudi. ¶ In glo. j. & ij. iſte intellectus gl. approbatur per Doct. omnes. & exponetur accuſationes. id eſt denunciationes. vide Spe. in ti. de inquiſitione §. j. verſi. ſed quæritur qualiter debet fieri iſta monitio. Sed nota vnum per iſtum text. eſt ſtatutum in ciuitate quòd quicunq; accuſauerit ludentem ad talem ludum, lucretur dimidiam partem pœnæ. quid ſi denunciet? vide Ioan. andræ. in addi. Spec. in tit. de denuncia. §. j. in additione totum fuit Rofr. vbi tenet quòd ſtatutum præmians accuſatorem. habebit locum in denunciatore per iſtum textum qui exponit accuſatus ideſt denunciatus allegat caſum in terminis. in. l. eum qui §. primo. ff. de iure patronatus. vbi lex quòd denuncians dato nomine. perinde eſt ac ſi accuſaret. ¶ †Circa gloſſ. in verbo. *monitio.* dubitatur quotuplex debet eſſe monitio. & Docto. dicunt. quòd debet eſſe trina. vt hîc & in capitu. nouit. de iudic. & hoc ſpeciale eſt in denunciatione euangelica. ſed regulariter ſufficit ſi eſt

c vna. gloſſ. in capitu. ſi Epiſcopus. xviij. diſtinct. alia in clementina prima in verbo requiſierit. de hæreticis quamuis aliàs in iudicialibus requirantur tres. vt in capit. conſuluit. de officio delegati. intellige quòd monitio in iudicio idem eſt quòd citatio. Limita caſum ſuprà dictum. niſi lex expreſſè diceret quòd requiratur trina monitio. vt in. c. j. de ſupplen. negli. præla. Vide domi. Ant. in. c. tuanos. de teſta. per glo. & Imo. ibi in. c. cùm cauſam. ſuprà de offic. delegati. glo. in. c. cupientes §. quod ſi per. xx. in ver. propoſita. de ele. glo. fina. in clemen. j. de decimis. Inno. in c. cùm nobis olim. de electione. & do. Anto. & Imo. in. c. ex literis. de conſtitu. per Ludo. roma. in. l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori. ff. de no. ope. nun. ¶ No. vlterius q̃ etiam in accuſatione requirif monitio. qñ lex dicit q̃ in aliquo caſu requirat q̃ cõſtet de incorrigibilitate. vt in. c. cum non

cum nõ ab homine, de iudicijs. ¶ Quid in ciuilibus. vtrũ requiratur monitio? dicas q̃ ex quadam vrbanitate & nobilitate requiritur. non autem de neceſsitate. vt in. l. quidam. Iberus. ff. de ſerui. ruſt. prædio. ¶ Sed no. q̃ ſi mones: iſta monitio habet mirabilẽ effectum, quia ſi non mones, & comparet in iudicio: non condemnatur in expenſis. Di

a cas quòd comparens[2] in. ij. &. iij. citatione debet condemnari in expenſis factis propter primam in qua fuit contumax. vt in. c. querelam. de procu. in ver. rationabili. ibi gl. & gl. ma. in. c. honoratus. lxxiij. diſt. & in. c. quoniam contra. in ver. dilationes &c. de proba. in. c. de illicita. xxiij. q. j. no. gl. j. in fi. in. c. j. de dolo. & cõtu. in. vj. Spe. in tit. de expenſis §. j. ver. ſed quando præſtandũ. Bart. in. l. contumacia. ff. de re iud. & in. l. ante calendas. ff. de ver. obli. Limita niſi in vna citatione eſſent factæ tres citationes cum interuallo. quia ſi tunc comparet in tertia, non ſoluet primas expenſas. Io. and. in addi. Spe. in ti. de citatione §. viſo. ver. quid ſi tres. & ipſum ſequitur Iaco. de aret. & Imo. in. d. c. querelam. & in. d. l. contumacia. Secundò dicas q̃ ſi cõparet quis in prima citatione, non condemnabitur in expenſis: ſi comparet & confitetur. ita tenet Bal. in auth. contra qui propriam. in fi. C. de non nume. pe. Limita. niſi comparens & confitens fuiſſet monitus. do. An. in. c. j. in. xiiij. col. de libelli obl. & Ang. in. l. debitores. C. de pig. actione. Bal. in. l. omnes. C. de epi. & cle. Secundò fallit, niſi obligatio eſſet in diem. quia ſi comparet, & cõfiteatur, lapſo die condemnabitur in expenſis. quia dies habetur loco citationis, aliàs monitionis. c. potuit. de loca. l. traiectitiæ. ff. de conſtituta pecu. adde do. Abb. in. c. licet heli. in. v. col. j̃. de ſimo. & iſtud habet locum in prælatis eccleſiæ: quãdo volunt aliquem moleſtare. quia ex vrbanitate tenentur primò monere. Bal. in rub. ſ. de iud. in. ij. colum. Not. vlterius q̃ vbicunq; agitur de depoſitione clerici, non requiritur monitio. xij. queſtio. ij. in. c. indignè. & no. q̃ vbi cunq; aliquis crimen.

¶ SVMMARIVM.

1 *Religioſi de monaſterio audiuntur ad accuſandum abbatem: quia eorum intereſt vt habeant bonum prælatum.*

2 *Culpa & reatus qualiter differant?*

3 *Sententia vt valeat oportet quòd ſe referat ad probationẽ deductam in actis.*

4 *Sententia quam tulit iudex fundando ſe ſuper aliqua decretali quam malè intellexit: valet.*

¶ CAP. III.

CRIlla præpoſitorum. Criminatio prælati debet diſcuti cum his quorum intereſt. h. d. ¶ No. primò ibi. *de monaſterio.* † q̃ illi de monaſterio audiuntur ad ac

1 cuſandum prælatum. quia eorum intereſt habere bonum prælatum. eodem modo conuerſi laici poterũt accuſare. vt eſt glo. ſing. in. c. ex eo. de electio. libro ſexto. pro hoc facit quod no. glo. in. l. cùm hæredes §. fi. ff. de acqui. poſ. pro hoc etiam tex. in. c. & ſi Chriſtus de iureiurã. iuncta præſcriptione conſi. vbi appellatione capituli veniunt etiam conuerſi. & ita do. Abb. in primo notabili. ibi. Ex quo ego infero quòd etiam famuli & ſerui qui ſunt in monaſterio poterũt accuſare. quia eadem eſt ratio. quia eorum intereſt. & arguo. facilius remouentur religioſi quã clerici ſeculares. c. qualiter & quando. infra eodem. ſed contra prælatum admittuntur parochiani. quia eorum intereſt. vt hîc in gl. ergo &c. ¶ Not. vlterius ibi *ad culpam* & *reatum.* iuncta glo. † q̃ culpa & reatus ponuntur tanquã diuerſa. ſed

2 dicas q̃ culpa ponitur pro delicto ſine culpa. puta de negligentia: reatus verò importat delictum cum dolo. & q̃

b negligentia[b] ſit delictum: facit gl. in. c. ſi quis Abb. xviij. quæſtione. ij. vbi propter ſolam negligentiam poteſt prælatus priuari. de hoc tamen vide glo. in. c. ea quæ. de offic. archi. & in. c. dictum. lxxxj. diſtin. in. c. vnum. § criminis. in verſi. neglexerit. xxv. diſt. glo. fi. in. c. ſæpe. xij. q. ij. glo. in. c. contrarijs. infrà. de reg. iur. bene facit gl. in. c. excommuni a camus. c. moneantur j̃. de hæreticis. quod iudex negligens facere iuſtitiam, facit litem ſuam. eſt dictum Bal. in. l. properandum. C. de iudicijs. quòd iudex qui nõ expediuit cauſam in termino conſtituto, condemnabitur parti pro intereſſe. Sed intellige hoc non eſſe verum, ſi non fuit petitus iudex. glo. no. in. c. fi. de reſcriptis. contra iſta prædicta eſt tex. in. c. ea quæ. ver. quid ſi. Abb. ſ. de ſtatu mona. Item tex. in. c. petiſti. vij. q. j. Diſtingue aut cũ negligẽtia cõcurrit illud delictũ: quia eſt requiſitus: & fuit negligẽs. & tunc nõ deponitur. ſed datur coadiutor: aliquando negligentia in prælato eſt magna. adeo q̃ res labuntur. & iſto caſu procedit tex. in cap. ſæpe. xij. quæſtione ſecunda. ita diſtinxit Dominicus in. c. grandi. de ſupplen. negli. præla. in quarta col. ¶ De reatu verò dicas quòd reatus interdum importat peccatum. gl. in. c. teſtamentum. vj. diſtin. aliquando capitur pro defectu. vt eſt tex. cum gl. in. c. innotuit. de electione. No. q̃ accuſatio prælati eſt formãda, & poſtea diſcutienda inter eos quorum intereſt. Sed no. Abb. hîc q̃ fauore reipublicæ admitteretur tertius etiam in cauſa criminali in defenſione. ſed fuit dictum Bar. in. l. vbi pactum in pen. col. C. de tranſac. & ſic habes limitationem ad text. in. c. non ſolent. ij. q. vj. vbi non audiuntur niſi hi quorũ intereſt. ideo Bal. in. l. decuriones. C. de infamibus. & in. c. j̃. §. iniuria. de pace iura. fir. & in. l. j. in. ij. col. C. quomodo & quando iudex. Idem eſt in accuſatione. Bal. in. l. edita. in xiiij. col. C. de edẽ. Item fauore pupilli auditur is cuius nõ interſit. Bar. in. l. ij. C. de neg. ge. ¶ Item dicas q̃ in aliqua materia: vbi dicitur citentur hi quorum intereſt. Intellige principaliter non ſecundariò. ita voluit Dominicus in c. quãuis. de pact. in. vj. per gl. ibi fi. Sed eſt caſus notabilis in. l. j. §. denunciari. ff. de ven. inſp. Et illum tex. appellat ſingularem Bar. in rub. C. de ſucceſſorio edicto. in. ij. col. ſed intelligitur q̃ nõ obſtante iſta citatione poterunt comparere hi quorum ſecundario loco intereſt. Lud. Rom. in. l. peregrè §. quibus. ff. de acquiren. poſſeſ. allegat. Inno. in. c. humilis, de maiorita. & obedientia. ¶ Not. quòd de materia cuiuſcunq; iudicij ad hoc vt bene concludatur. requiritur quòd contineat vel condemnationem, vel abſolutionem. ¶ In glo. j. ibi. *patroni &c.* Not. ſecundòm docto. quòd ad denunciandum de iure prælati admittuntur patroni & parochiani eccleſiæ. vide gloſ. in. c. venerabili. de officio delega. Et glo. in. c. maximianus. lxxxj. diſtin. & gl. in ver. aliqui. in. c. vt circa. de ele. in. vj. & ibi latiſsimè Domi. in. iiij. col. & gl. in. c. ex parte adæ. & ibi omnes doctores. de teſti. vide etiam glo. finalem in. c. filijs. xvj. q. vij. & ibi Archidia. in gloſſ. fina. in princip. ibi. aliàs non tenet. Not. iſtam gloſſ. vt dixi in vltimo notabili. & declara illud quod dicit gloſſ. per æquipollens. Et adde Baldum in l. iiij. C. de ſententijs. quòd ſatis eſt quòd iudex dicat, declaro iſtum teneri tali in decem. quia ſatis per æquipol c lens condemnat. ¶ In eadem. gloſſ. ibi. *in aliqua parte*

3 *actorum.* Not. bene iſtam gloſſ. † quòd ad hoc vt ſententia valeat, requiritur q̃ referat ſe ad p̃bationẽ in actis de ductam. Adde Inno. in. c. ij. in fi. ſ. de libel. obla. idem Spe. cu. in titu. de ſententiæ prolatione §. qualiter. verſic. quid ſi iudex. & ibi Io. an. in addi. idem Bart. & Bald. in. l. j. C. ſi aduerſus libertatem. Adde tu gloſſ. in. l. quid tamen §. Papi. ff. de arbi. & in. l. ait prætor. §. ſi iudex. & ibi Bartol. ff. de re iud. idem do. Abb. in. c. cùm venerabilis. in. viij. colum. ſ. de excep. & do. Ant. in. c. conſtitutus. in. iiij. colũ. de

c reli. do. quibus nõ obſtãtibus teneas contrarium & quod

a ¶ Dicas quod cõparens. Adde & de materia vide per do. Alex. ã. in d. l. contumacia. ff. de re iudi.

b ¶ Et q̃ negligẽtia. Adde q̃ ille q̃ tenet̃ adminiſtrare bona alicuius, ſi vtil̃ in adminiſtrãdo negligentia: talis negligentia dicitur peccatum mortale. gl. eſt in. c. ea quæ. de offi. archid. & no. Hoſtien. in. c. in ter cætera de off. ordi. & dicit do. Maria. ſoci. in cõſi. ij. co. iij. in prin. & adde q̃ negligẽs dicitur quaſi non eligens. ſecũdum Iſid. & beatum Tho. ſecũda ſecundæ. q. lix. & qualiter deteg atur negligẽtia vide Car. in cõſi. lv.

c ¶ Teneas contrariũ. Adde q̃ hãc opi. tenet Alexã. in. d. §. ſi iudex & tenet Fel. ſ. d. c. cũ venerabilis. de excce. col. j. iij. verſi. adde.

imò ſententia valeat. dato q referat ſe ad ſcripturam quæ non fuit producta in actis. caſus eſt in. c. cū venerabilis. de excep. in fi. & ibi Inn. ſuper verbo authentica. in terminis. adde tex. in. d. l. ait prætor. §. j. de re iud. Bal. in terminis. in l. iij. in verſi. quid ſi iudex ſe retulit. C. de ſen. quæ ſine certa quantitate. profe. Et de hoc dicit eſſe tex. in. l. ait prætor §. j. de re iud. & hanc partem credo veriorem. per hoc tamen non tollitur defenſio condemnato, quin poſſit probare, & appellare q illa ſcriptura ad quam ſententia ſe refert ſit inualida. Et quod iſta ſentētia ſit valida facit text.
4 in. l. argentarius in. §. cùm autem. ff. de edend. ¶ † Vltimò notat. d. Maria. q iudex qui tulit ſententiam fundando ſe ſuper aliqua decretali quæ hoc non dicit, & eam malè intellexit, valet. Inn. in. c. cùm officij. quaſi in fi. ſ̄. de præſcri. adde Ludo. roma. in ſuis ſingularibus. xlviij. Sequitur. c. omnipotens.

a ¶ Pendēte. Adde & pone q reus nō ſit recuſatus, ſed ei inſligaē cri men per modum exceptionis, an talis exceptio cri minis obſtabit ei 1 adeo q non pote rit promoueri? vi 2 de Inno. in. c. accedens. j. eod. & Bar. in. l. qui cum 4 vno. §. reus. ff. de mu. & hon.

✣ SVMMARIVM. ✣

Accuſatio, vel denuntiatio quando pendet: nō debet fieri pro motio de accuſato: vel denuntiato.
Diffamatus apud homines viles: nō impeditur promoueri pendente accuſatione: ſicut apud homines graues. nu. 3.
Et an promotio facta contra iſtum tex. ſit ipſo iure nulla?

¶ CAPI. IIII.

Mnipotens Is de quo crimina denunciantur pro
1 moueri non debet. h. d. ¶ † Not. primò q
a pendente a accuſatione, vel denuntiatione, vel inquiſitione non debet fieri promotio aliqua de ipſo. in. l. qui delibertate. ff. de liberali cauſa. & in. l. qui ſtatus. ff. de re milita. & in. l. qui cum vno. & l. reus delatus. ff. de mune. & honori. & in. l. j. C. de accuſa. Not. ij. quòd ex pendentia accuſationis grauatur opinio accuſati: licet ergo talis pendentia grauet opinio. eſt verū in acquirendis, non autem in acquiſitis gloſſ. notabilis in verſicu. manet. in. c. ſæpe. de appella. & ita Petrus de anch. & Ioan. de imo. No. vlterius ibi. *requiri*. id eſt ad citationem diſcuti. quantum ad proceſſum. facit. iij. q. vj. in. c. diſcutere. in rub. C. de defenſoribus. lib. x. Vltimò no. quod eſt dictum in ſummario: idem dicas in teſte. in. c. fi. ſ̄. de teſti. Inquantùm doc. dicunt q pendentia cauſæ criminalis non impedit adminiſtrationem. Limita niſi accuſatus eſſet ſuſpectus de dilapidatione. text. in. c. vltij̄. eodem. & ibi dicam. Item adde text. & gloſſ. in. l. qui à latronibus. §. j. ff. de teſtamen. & dicit ibi Imo. quòd licet appellatio ſuſpendat infamiam ortam ex ſententia: non tamen ſuſpendit infamiam, ortam ex accuſatione. vt eſt tex. & ibi Bartol. in lege poſt contractum. in penult. columna. ff. de dona. Item aduerte quinque effectus qui reſultant ex pendētia litis in. c. præſenti. ff. de officio lega. in ſexto. in ver. attentari. ¶ Item adde Bald. in capi. finali. de teſti. quòd notarius qui incipit inſtrumentum, poteſt illud perficere pē dente accuſatione. facit gloſ. in ſimili in. c. vt officium. de hære. in ſexto. ¶ Item vide. domi. Abb. in. c. ſuper eod. in vj. colum. ſ̄. de electio. & adde vltimò & tene menti perpetuò & vltra doctores iſtum text. habere locum. quando perſona accuſata erat infamata apud bonos & graues homines. ſecus ſi eſſet infamata apud perſonas viles. quia
2 tunc pendente accuſatione poterit promoueri. ¶ † Ita determinat Hoſt. in. c. meminimuſ̄. eo. & omnes ſcribentes ibi referunt. & dolent omnes doctores non poſuiſſe hāc limitationem hīc. & iſtam limitationē notauit Ludouicus ro. in ſingu. cccxlvij. quod incipit. accuſatus de crimine. ¶ Itē limita ſecūdò. dūmodò accuſatio teneat. & facta ſit à legitimo ī. d. c. meminimꝰ j. e. Tertiò. niſi eēt accuſatum vnum collegiū. quia tūc pendente lite vnus ex his poterit ꝓmoueri. Arch. lxxxj. di. in. c. tātis daniel. allegat Vincentium in. c. per inquiſitionē. ſ̄. de electione. De materia vide gl. penul. circa medium in. c. cùm dilectus. de or
3 di. cog. & d. Ab. ibi. in. xxiiij. col. ¶ † Et amplia iſtum tex. vt habeat locum. etiam ſi ſequatur ſententia ſuper innocentia promoti pendente cauſa criminali: quia requiritur noua electio glo. notabilis in. c. tantis daniel. lxxxj. diſt. & iſtam tenet Bar. brix. in ſuis quæſtionibus. q. clv. quę incipit. eſt quòd aliquis. Idem tenent Io. an. Imo. & do. Anto. Limita. niſi appareret accuſatorem per calumniam accuſaſſe. ita limitat Goff. hīc. & allegat tex. in. l. qui de libertate. ff. de lib. cau. Item ad materiam iſtius tex. vide duo conſilia Calde. in titu. de præbendis. conſi. xx. & in iſto titu. conſilio. iiij. vbi dicit q beneficium ademptum vigore literarum quas impetrauit ille contra quem inquirebatur, non valet: quid autem ſi talis eſſet promotus, & poſteà repertus fuit innocens, vtrum debeat iterum promoueri, vel valeat prima promotio. Doct. tenent q talis collatio
4 non ſit nulla ipſo iure. ſed venit irritanda. ¶ Nunquid aūt promotio facta de quo hīc contra iſtum tex. ſit ipſo iure nulla? videtur quòd ſic. per id quod dictum eſt ſuprà: quia non conualeſcit apparente innocentia. Item quia geſtū contra legem eſt nullum. x. diſt. c. vides contrarium tenet Calderic. in dictis conſilijs. propter regulam quæ habet. q collatio beneficij facta criminoſo non eſt ſtatim nulla. allegat Inno. in. c. cùm noſtris. de conceſſione præbendæ. & in. c. inter dilectos. de exceſ. præla. & notat Ioā. de imo. in. c. cùm contingat. in. xliiij. charta. de iureiur. & Domi. in. c. quo iure. viij. diſt. in quo tamen poteris cogitare. qa Docto. hīc non tangunt. vtrum autem poſſit eligi pendē te lite inhabilitatis? Inno. poſuit in. c. accuſatus. de ſimonia. d. Abb. hīc non affirmatur iſta dicta. Quid autem ſi dicit collatori quòd ſit infamatus de crimine, vtrum debeat ei credi? dic quòd non: per no. per Inno. in. c. ad diſſolendum. de deſponſa. impuberum. in materia iſtius text. vide Inno. in. c. j. de obligatis ad ratiocinia.

b ¶ De iſta materia. Adde tu & vide Pau. de caſt. in conſil. cccc xxxj. in ātiquis. ſcdm vlt. impreſſionē incipi. Quia ſcio qđ ſuper iſto pū cto. in. j. ij̄. & . iij̄. colū. & ibi plenè qn̄ dn̄s teneaē de delicto famuli, vel ſubditi. Et de officiali per do. Panormitanum neap. in tracta. ſyndica. in verſi. familiaris.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Societas mala facit aliquem ſuſpectum.*
2 *Accuſatus ſi non poteſt repellere accuſatorem in odium ſui, an iudex poſſit repellere ex officio ſuo?*

¶ CAP. V.

Vlli. Non poteſt Epiſcopus excipere de crimine cōtra accuſatorem, quem ante aecuſationem neglexit à ſua familia ſeparare. Not. primò præſumēdum eſſe contra retinentem familiares crimi-
1 noſos: quia † ex ſocijs cognoſcit vita hominis. Adde vnū dictum notabile per. d. Card. in clemen. ne in agro. in. iiij. notabili de ſtatu mona. vbi dixit q ſi Eps vel Abbas habet aliquos criminoſos, qui cōmiſerint aliqđ crimen, ſeu delictum, tenentur de delicto. & nō poſſunt allegare ignorantiam. & iſtud dictum voluit Io. de ana. in rubrij̄. de clerico vena. in. iij. col. & ad iſtud ꝓpoſitū allego aliud notabile dictum. q delictum nuper commiſſum per viſitatem eccleſias imputaē domino. quia debuit mittere idoneos viſitatores. per Dominicum in. c. ſi Eps. de offi. ordi. lib.
b vj. in. j. col. De iſta materia[b] dicas vt habetur per Io. an. & & do. Abb. in. c. conſtitutus. ſ̄. de teſti. d. Ant. in. c. cū cauſam el. j. in. xxj. col. e. ti. per Oldr. conſi. xcij. per do. de Rota deciſione. cclxvj. In ordine nouiſſimo. vide glo. fi. lxvj. diſt. gl. mag. in. c. ad ſedem. de reſti. ſpol. & ibi latè do. Ant. in. v. col. per gl. in ver. miniſtros in. c. generali. de electione. li. vj. & do. Barto. in. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui ope. nuncia. tex. gl. & Bart. in. l. j. §. familię. ff. de publicanis

publicanis. per totū titulū. ff. ſi fami. fur. feciſſe dicatur. qui oēs concludunt an & quando dominus teneatur de delicto famuli, & intellige iſtū tex. & omnia præallegata quādo dominus eſt in culpa. quia ſcit, vel ſcire potuit delictū perpetraturū. & probatur ex tex. in. l. j. §. j. ff. ſi fa mi. furtū feciſſe dicatur. ¶ Secūdò no. q excuſatur Epi ſcopus ſi ante accuſationē expulerat eū. ita notāt doct.
3 hīc. vtrū aūt iſte tex. qui loquitur de Epiſcopo, extēdaē ad alios prælatos puta Archiepiſcopos, Cardinales, Abbates, & cæteros? & videtur q non: quia eſt ſpeciale in iſto caſu. Ergo in cōtrariū eſt regula in §. loca. in. c. præſenti. de præbē. in. vj. & exceptio firmat regulā. in. c. j. de cōiug. lepro. Et vltra doc. extēde iſtū tex. vt habeat locū nedū in Epiſcopis, ſed etiā in omnibus alijs prælatis. primò, quia iſta cōſtitutio tēdit in fauorē animarū. ergo ex tendēda. Io. an. in. c. ex tenore. qui filij ſint legitimi. non ob. iſte text. q loquatur in Epiſcopo. quia dicit de Epiſcopo. quaſi plures ſint Epiſcopi quā alij prælati etiā ꝓpter maiorē frequētiā ponit de epiſcopo. modò habeo q cōſtitutio loquēs de vno caſu frequētato, habeat locū in alio nō ita frequētato. glo. notabilis. in cle. j. de reſcriptis. ¶ Vltimò not. q vbi aliquis eſt approbatus ad vnū officiū: cēſetur approbatus ad aliud illi ſimile. vide Inn. in. c. cū venerabilis. de exceptio. quaſi in fin. & illud dictū ſequitur. d. Ant. in. c. præſentiū. de teſti. vide text. in. c. accepimus. de ætate & qualitate. vī dicit alibi Bar. in. l. ij. in. viij. col. C. de edicto diui adri. tol. q ſi ego citaui aliquē, ſi cōparet, nō poſſum amplius opponere contra ipſum q nō ſit idoneus. Bal. in. l. cū mulier. in vl. col.
2 ff. ſol. mat. ¶ † No. ex gl. j. Quòd ſi accuſatus in odiū ſui nō pōt repellere accuſatorē. hoc tamē poterit iudex ex officio: quia pōt repellere accuſatorē illegitimū: nō ſolū qn̄ reus eſt negligēs: ſed etiā quādo nō poſſet excipere.[a] Adde gl. in. c. alieni. & in. c. quærendū. ij. q. vij. Et ꝓ iſta glo. adduco notabile dictū Inn. in. c. intimauit. ſ̄. de teſt. vbi voluit q iudex pōt ex officio repellere teſtē nō idoneū. quod dictū approbat Lu. ro. in rubrica de arbitris. in. x. col. & do. Ant. in. c. bonæ. el. j. in. vij. colū. de poſtu. præla. & in. c. cū dilectus. in. x. col. de cōſue. Itē adde Archi. in. c. cum paſtoris. ij. q. vij. vbi tenet gl. hīc. & addit vnum notabile etiā ſi accuſatus vellet illū admitti. hoc eſt inuito accuſato. Idē Arch. in. c. teſtes. §. ecce oſtēſum. ij. q. vij. Adde Bar. in. l. filiusfamiliās. §. veteranos. ff. de ꝓcu. vbi approbat gl. in. c. j. de iud. in. vj. in verbo crimina li. quā. d. Abb. alle. q etiā ſi ipſe iudex repelleret accuſatorem, etiā ſi accuſatio eſſet abolita, pōt iudex, ſi volue rit proſequi iudiciū. ita notanter dicit Bar. in. l. libellorū. §. fi. ver. Item quæro iudex. ff. de accu. & pro tanto dixit alibi Bar. in. l. ij. C. de delato. li. x. q iudex pōt manda re alteri vt proſequatur accuſationē circa pœnā taliōis & ſubdit Bar. idē in omni caſu, vbi publica vtilitas procuratur. vide eūdē Bar. in. l. ſi maritus. l. j. §. ij. ff. de adult.
b & iſta ſunt quantū ad iſtā gl. ¶ Itē inquantū[b]. d. Abb. alle. Bar. in. l. inter omnes §. rectè. ff. de fur. de eo qui dicit fui cōtētus de furto. proſequere vt per Bar. in. l. trāſige re. in. iij. col. C. de trāſac. in. l. j. in princi. ff. de iniurijs. & Bal. omnino in. l. falſus. in tertia opp. C. de furtis. Et per Ange. in. l. qui iure familiaritatis. ff. de acqui. poſ. & per Bal. in. l. j. in vlt. col. C. cōmunia de leg. & omnino Sali. in. l. ſi non conuicij. C. de iniurijs. Cōis opi. eſt q iſtud cōſiſtat in arbitrio iudicis, q attēdat qualitatē ipſius ac cuſatoris. Itē inquantū. d. Abb. allegat Bar. in. l. non ſolū §. fi. ff. de iniurijs. q non reddatur ius non ſoluēti colle-
c ctas[c]. Adde latiſsimè Ang. in repetitiōe. l. ſi vacantia. in penul. charta. C. de bo. vacan. li. x. per Sal. in. l. ea quidem C. de accu. per Bal. in. c. j. in prin. in tit. hīc incipiunt cōſtitutiones regni. in vſibus feudorum. & in. l. j. in vlti. q. C. ſi à non compe. iud. per Bal. in. l. ſi mulier. in fi. ff. ſol. matri. & latiſsimè per do. Maria. in repetitione. c. qualiter. el. jij̄. eo. q. vij. articulo. viij. ¶ In gl. ij. in. c. ſi quis ex familiaribus. vbi habetur q familiaris non pōt dominū accuſare. reſpondent doct. q illud habet locū in familiaribus, qui â teneris annis cōtinuè fuerunt nutriti in domo. ¶ In ea. gl. ibi: *de crimine excepto*. dictum
3 eſt in ſe verū. Et ideo tene vltimā ſolutionē. ¶ † Extra a glo. limita iſtū tex. primò, niſi accuſator eſſet familiaris nutritus in domo. quia tūc poterit repelli reſpectu criminis. ita dixit Imo. hīc: & do. Abb. in fi. Secundò limita iſtum tex. niſi familiares accuſantes epiſcopū eſſent laici. quia tūc repellerentur propter crimen. ita. d. Abb. & d. Io. And. ¶ Limita tertiò. dūmodò illi tales familiares ſint cubiculares epiſcopi illius. aliās poſſēt accuſare. Ludo. ro. in. l. cū mulier. in. xxiij. colū. ff. fol. mat. & d. Abb. in. c. dilecti. in. iiij. col. ſ̄. de excep. qui declarant iſtū textū per tex. in. c. cum paſtoris. ij. q. vij, in verb. cubiculo pontificali. & allegāt dictū Inn. qui ita intelligit ſolū in cubicularijs. ſecus in alijs. ¶ Quartò limita, niſi familiares eſſent excōicati: quia tūc poterūt repelli ab accuſando. i. ab accuſatione reſpectu excōicationis. ita Io. And. hīc motus per tex. in. c. â nobis. ſ̄. de excep. d. Maria. hīc quærit de ratione. & dicit primò propter periculū cōmunicationis cū excōicato. Secunda ratio eſt: quia talis approbatio nō erat in volūtate approbātis. facit. ſ̄. c. in notuiſti. de electione. & gl. fin. in. l. j. C. vbi de crimine agi oporteat. q cōſentiens in iudicem, cuius iuriſdictio nullo modo poterit prorogari adhuc de nouo pōt de incōpetentia opponere. Vltimò limita niſi prælatus ex ciperet ſolū de familiaritate. quia tūc obtinebit ꝓ text. in. §. ſi quis ex familiaribus. allegato in gl. quia tex. loquitur quādo fundat ſe in crimine. ita eā dicūt Io. de ana. & d. Maria. Solū enim prouidet iſte tex. quādo Epiſcopus nota accuſatione familiarē remouit: & per hoc facit tex. in. l. fi. C. de delatoribus. lib. x. niſi familiaris accuſans dominum eſſet proditor. vnde inquit Archi. in. c. nulli epiſcoporum. iij. q. v. q debes intelligere hūc text. quòd Epiſcopus non pōt ita de facili repellere iſtum familiarem ſicut ſi prius licentiaſſet. Facit etiam gl. j. & fi. hīc, dum loquuntur de offi. iud. Ex quo infero q iudex peccaret ſi non impartiretur tale officium: & ita ſinguliariter voluit gl. fi. in. c. j. de conſti. in. vj. licet ſi iudex nō impartiretur, non poſſet appellari, vt notanter voluit Spe. in ti. de offi. iud. §. impedit. ver. quid ſi iudex non repellit. quem ſequitur Bar. in. l. nec quicquā. §. vbi decretū. ff. de offi. procōſul. Pet. de anc. in. c. pia. in. iij. col. de excep. in. vj. d. Abb. in cle. auditor. de reſcrip. in. vj. & d. Ant. in. c. ſuper hoc, in. iij. col. de renū. & per hanc limitationem ſi vera eſt, multum reſtringitur iſte text. quia dabitur cautela q prælatus accuſatus nihil dicat de crimine: ſed opponat ſolùm de familiaritate. omnes iſtas exceptiones intellige ſanè niſi eſſemus in criminibus exceptis in quibus etiam filius poteſt accuſare patrem, vt dicemus plenè in. c. tanta. de ſimonia.

a ¶ Excipere. Ad de q hoc videtur intelligendū, niſi accuſatus eſſet ab ſens. & ſic contra cōtumacem procederet. quia tunc ſi poſſet iudex excipe, neq; repel lere perſonam illegitimam, iuxta no. per Bar. in. l. inter quos. §. alieno ver. quærūt doc. ff. de dam. infe. & de materia vide plenè per Feli. in d. c. intimauit. de teſti. col. fi. ver. vl terius dicit. hic Inno. & adde de ꝓ curatore inhabili q index repellit eū ex officio. vt per Bartol. & ibi Ale. in. l. filiusfa. §. veterani. ff. de procu. & q̄ iudex repellat teſtē ex officio, quādo vi det ipſum inhabilē. Adde gl. in. §. fancimus. in aut. de teſti. & vide gl. & Bal. in. l. j. §. ſi preſes. ff. de magi. cōue. vbi q̄ iudex debet inquirere de conditiōe teſtis. & plenè ꝓ d. paridē neapoli. in tract. de ſyn. in verſ. iudex. col. j. ver. pone iudex.

b ¶ Itē inquātum. Adde Alexā. de Imo. in cō ſil. xxx. iiij. col. iiij. ver. ꝓ batur. in ſecundo volu. qui etiā ſequitur opi. Bart. in. d. §. rectè.

c ¶ Collectas. De materia adde tu & vide plenè per d. Nellum de ſancto Ge. in tra. bā nitorū. in. iij. parte ſecundi tempo ris. qō. j. &. ij. & iiij. & quo intelligatur ſtatutū, qđ denegat audiētiā vide per Alex. de imo. in cō ſ. xxx. vij. col. j. & per totum in ſecundo vol. & in cō. xxx viij. col. iij. verſi. poſtremo. in. iij. vol.

ad emendationem vei familiaris. Nam tunc abſolutoria non impedit agere criminaliter.

9 *Item ſi quis ſit abſolutus per viam inquiſitionis. Hæc limitatio fallit duobus modis. vt hic. & nu. 10.*

11 *Item niſi probaretur de colluſione, vel præuaricatione.*

12 *Item niſi nouus accuſator compareret pro intereſſe ſuo proprio, & allegaret ignorantiam delicti. probatur autẽ ignorantia per iuramentum.*

13 *Punitus in foro eccleſiaſtico vel abſolutus: poterit iterum puniri, & abſolui in foro ſeculari.*

4 *Remittens omnem iniuriam in foro conſcientiæ: nihilominus poterit agere ad emendati onem damni in foro contentioſo.*

¶ CAP. VI.

IVanos. Si clericus eo pacto bona ſua cõferet eccleſiæ vt in ipſa recipiatur in canonicũ. & illa ſibi retineat pro prębẽda,ſimoniacꝰ eſt: ſecus ſi hoc fiat ſine pacto.h.d. ¶ Not. ꝙ humiles preces emiſſe à digno ꝓ beneficio ſpirituali,non inducũt ſimoniam:neq; peccatum ambitionis. dũmodò iſta ſpes habẽdi beneficij ſit ſecũdaria: nõ principalis:quod dicit do.Ab.eſſe perpetuò notãdũ:ad excuſationem eorũ qui donãt Cardinalibus & alijs prælatis:vt per eorũ interceſsionem conſequantur beneficiũ.qa ſi oĩno intendunt donare non principaliter cauſa auxilij:dato ꝙ ſecũdariò hoc ſperet,non eſſet ſimonia.in quo vide gl.& quę ibi dixi.in.c.cũ eſſent.§.eo.in gl.j.per gl.in.c.qđ proderit.lxj.diſt.& in.c.ſunt nõnulli.j.q.j.Et adde ꝙ donãs familiari alicuius ꝑlati vt rem beneficij ſolicitet:ſi ille non eſt talis ꝙ eius intuitu ꝑlatus ſit daturus beneficiũ:nõ eſt cõmiſſa ſimonia. ſed videť datũ donũ ꝓ mercede laboris in ſollicitando.ita do.Car.in.c.tuam.de ęta.& qualita.dicẽs ſe ita nũdiſſe cuidã curiali vrbis romæ. ¶ †Not.ꝙ ingreſſus vitiať: ſi ſub pacto vel cõditione aliqđ deť.qđ autẽ ſi ingrediens expreſsè ꝓteſtetť qđvult habere propriũ in particulari: vtrũ proteſtatio vitiet ingreſſum,vel ecõtra? vide per glo.in.c.vlti.de cõdi.appo.& in auť. ingreſſi. & ibi docto.C.de ſacroſan.eccle.glo.& Archi.in.c. ſolet. xxxij.q.ij.glo.in.c.ij.de ſta.mo.Ang.Imo.& Roma.in l.j.§.ſi ſtipulati.ff.de verbo.obli.Lapũ allegatione.xxix. in.viij.col.Imo.in.c.cum.m.in.xlvij.col.de cõſti.Card. in cle.eos.in.vj.q.de regu.Imo.in.l.vbi ita donať.ff. de do.ca.mo.cõiter teneť ꝙ proteſtatio eſt nulla. fallit in certis caſibus.de quibus dixi plenè.in.c.vlti.de cõdi.appo.aliâs qui clericivel vo. ¶ Tertiò not.ꝙ prębẽda poteſt cõſiſtere in rebus tpalibus. & hoc caſu põt cadere in laicũ.glo.in.c.cũ.M.de cõſti.quãdo appellať ius ſpirituale.& hoc quãdo eſt annexa canonicatui. ſecũdum docto.adde do.Car.in cle.fi.in.ij.q. de p̃bẽ. vbi dicit ꝙ canonia eſt duplex.vna cohęrẽs prębẽdæ:& cũ prębenda vacãs.alia eſt per ſe ad tẽpus.vt in expectãtibus, vel receptis in canonicos.& finaliter conſolidatur cũ prębenda.& vide eundem omnino ibi.in.xiiij.q.vbi latius declarat. ¶ †In glo.iij.in fin. dic ꝙ licet dare tempore ingreſſus vel receptionis. dummodò non reſpectiuè detur & recipiatur.per.c.in præſentia.allegatum in gl. facit.c.ad apoſtolicam j̃ eod. ¶ †In glo.fina.dic ſecundum docto.contra Innocen.ꝙnunquam committitur vera ſimonia: niſi concurrat exactio, vel extorſio per pactum:

pactum:modũ:vel cõditionẽ:aliâs aũt eſt peccatũ mortale:quãdo ſola mens eſt corrupta.& largè dicit ſimonia mẽtalis: differens à verbali:quia in iſta nõ requirit reſtitutio rei acceptę:ſed ſufficit pœnitẽtia.p.c.fi.j.eo.ſecus aũt in prima p.c.veniens.&. c. de hoc §.eo. ¶ †Extra glo.dicit hîc Hoſt.quẽ alij ſequũtur.ꝙ corrũpens iudicẽ,vel teſtẽ in cauſa beneficiali:cõmittit ſimoniã ꝓpter connexitatẽ quã habet cã cũ ipſo beneficio,ſecus ſi cã eſt merè tpalis. Adde gl.idem tenentem in.c.vẽdentes.j.q.iij.q̃ dicit ꝙ emens iuſtitiãã corrupto iudice in cauſa ſpũali:eſt ſimoniacꝰ.ſecus ſi in cã tẽporali .& eã multũ no.Ab.in.c.cũ ab oĩ de vi.& ho.cle.Et ſcias ¶ ꝙ ſnĩa lata p pecuniã eſt ipſo iure nulla.l.venales.& ibi doct.C. qn ꝓuo.nõ eſt ne.ij.q.vj.c.ei q.§.venales.no.gl.ordi.in.c.quatuor modis.xj.q.iij.adeò ꝙ dãs pecuniã nõ cã corrũpendi. ſed iuris & quietis ſibi cõſeruãdi:põt ipſam repetere à iudice.gl.eſt in.c.nõ ſanè.in glo.ij.xiiij.q.ij.& pulchrè no.Arch.in.c.qui rectè.xj. q. iij. ſed dicit Bal.in.c.ſi.ante fi.ſ.de app.ꝙ cautus ſit dãs pecuniam:vt hoc faciat aliquibus videntibus.Et dictã.l. venales.prędallegatam limita primò nõ procedere in ſnĩa arbitri.quia lata per pecuniã. nõ eſt ipſo iure nulla.l.iij.C.de arbi.no.Imo.in.c.j.in.x.col .de cõſti. ¶ Secũdò limita.niſi pecunia eſſet data poſt latã ſnĩam.qa ſi de aliquo pacto non probetur:nõ erit nulla nec poterit iudex puniri de barataria.ita eleganter cõſuluit Pe.de anch.conſil. cclxxxvj. inci.de titulis crimnũ.in.vj.col. ¶ Tertiò limita.niſi eſſent tres iu dices:quorũ vnus ſolus fuiſſet corruptus.quia ſnĩa ſuſtinetur.Io. an.ſingulariter in addi.Spe.titu.de ſnĩę prolatione.§.iuxta.in prin ci.in addi.quæ incipit:quid ſi ex duobus.quod declara.vt per eũ ibi.& Rom.in.l.j.§.ſi ſtipulanti.in vlti.col.ff.de ver.obl.Cętera vi de per Bal.& Sali.in.d.l.vænales.per Arch.& Dom.in.d.§.vęnales.Ang.in.l.prætor.§.Marcellus.ff.de iudi.& Domi.in.c.j. de re iudi.lib.vj.Et no.qđ iſta vidi ſæpe practicari:quia cõpeterent in ſyndicatu iudicis.& petunt pecunias,& probãt:vel volunt ſtare iuramento iudicis.quia ille nõ expectata ſententia reddit accepta.

SVMMARIVM.

1 *Credere quis non tenetur maximè quando relatio fit in præiudicium alterius.*
2 *Conſilium doctoris excuſat ab expenſis.*
3 *Simoniacus in ordine recipiendo,eſt ſuſpenſus non ſolùm ab illo ordine ſimoniacè recepto:ſed etiam ab omnibus alijs ritè receptis.*
4 *Prælatus conferens ordinem per ſimoniã,ſuſpenſus eſt ipſo facto ab omnibus ordinibus.*
5 *Simoniacus in beneficio ſuſpenſus eſt ipſo iure.*
6 *Simoniacè ordinatus recipit characterem:non tamen habet executionẽ.*
7 *Intelligens malè legem canonicam:non peccat mortaliter,niſi poſt declaratam materiam.*
8 *Legem canonicam tranſgrediens,peccat mortaliter.*
9 *Papa ſi aliquid declarat per modum commenti,non habet vim legis.*

CAP. XXXV.

PEr tuas. Non debet quis recipere ordines ab eo quẽ credit ſimoniacũ, miniſtrare tamen poteſt in illis quos prius receperat. ¶ No.contra conſcientias ſcrupuloſas.ad idẽ.c.& ſi qnæſtiões.ſ.e.& dic ꝙ cõſciẽtia erronea obligat ad peccatũ.per.c.literas.de reſti.ſpo.& vide gl.in.c.oẽs . deinceps §.ex his.xxviij.q.j.hoc intelligit hîc do.Car.de cõſciẽtia quæ cauſatur in ratione:ſecũdũ quã quis credit aliquid bonum qđ non eſt & ideò faciendo cõtra illud,manente tituli ratione cõtenit bonũ & peccat.nec excuſatur:quia cõſciẽtia ſit erronea:quia in ea volũtariè incidit.vide tex.in.c.nõ ſolũ.in.prin.de reg.in.vj.vbi puritati cõſciẽtiæ nõ debet deeſſe iudiciũ rõnis. ¶ Secũdò no. ꝙ relatio multorũ facit cõſciẽtiã ſcrupuloſam & qđ dubitãs non dicit bonæ nec malæ fidei.Et vide.l.ſi.C.de condi.inde.vbi dicitur qđ diffinitio dubietatis . eſt medium quid inter ignorantiam & credulitatẽ. & not . qđ eo caſu quo parcitur ignoranti parcitur dubitãti.Bal.in.l.leges ſacratiſſimę.C.de legi. de quoj. ¶ Tertiò no.ꝙ ab ordinario quẽ ſcio cõtuliſſe ſimoniacè ordines:non debeo ordinẽ ſuſcipere.talis eñ ſimoniacus perdit executionem.vt in iuribus hîc allegatis in glo. ¶ In gloſſ.j.hîc.in fi.dic †ꝙ non tenet quis credere.maximè qñ relatio eſt in præiudiciũ alterius. vt dicit gl.in.c.licet heli.ſ.eo.Fallit.niſi referens eſſet perſona valde fide digna:quia eius dictum prębet iuſtam cauſam credẽdi. gloſſ. in.l.Titio.fundus.ff.de cõdi.& demõ.quã ponderat Bal.in.l.indicia.C.de rei ven.& Ang.in.l.j.in prin.ff.eo. †vnde cõſiliũ doctoris excuſat ab expẽſis.do.Ant.cõſi.v.Car.in cle.ne romani.in principi.de elect.& in cle.ij.in quarto no.de magi.Pe.de ancha.cõſi.xix. in fi.do.Ant.in.c.calumniamj̃.de pœnis.dũmõ doctor refulgeat nõ ſolũ inſcientia:ſed etiã in cõſcientia.ita Raphael Fulg.in. l.iuris.C.q admit.facit elegãs dictũ Bal.in.l.hac lege in vlti.col. C.de ſententijs.ex breui.reci.ꝙ iudex debet habere duos ſales vnum ſapientiæ ne ſit inſipidus,alium rectę conſcientię ne ſit diabol⁹. & refert Roma.ſing.cc. ¶ †In glo.ij,in fi.pro intellectu glo.& eorũ quæ latè ſcribũt oẽs poſt Inn.& facias tres concluſiões.Prima cõcluſio.Simoniachus in ordine recipiendo,eſt ſuſpenſus non ſolũ ab illo ordine ſimoniacè recepto.ſed etiam ab omnib⁹ alijs . ritè receptis.& per cõſequens remotus ab adminiſtratione tẽporaliũ ſuorũ beneficiorũ.Inn.hîc.& in.c.tãta.ſ.eo.gl.Archi.& Domi.in c.præter hoc.§.verum.xxxij,diſt.& glo.j.q.j.c.reperiuntur . Nec ob.ꝙ in alijs ordinibus non ſit cõmiſſa ſimonia:quia omnes ordines cõtinẽt vnum ſacramentum.vt per doc.in procemio.vj.Ideò ſimonia in vna parte ſacramenti tanq̃ cõtagioſa vitiat omnes ordines.Fallit iſta cõcluſio in eo cũ quo ignorãte facta eſſet ſimonia.ſecũdũ docto.hîc.quia cùm ſciuerit,ſuſpenſus eſt ſolũ ab exercutione illius ordinis.ꝓ no.in.c.ſicut tuis.ſ.eo.conſidera tamẽ in hoc.quia qua ratione doc.ſuprà volunt ſuſpendi executionẽ oĩm ordinũ:eadem videť hîc.niſi dicas ꝙ hoc operet ipſa ignorantia: vt mitius puniatur. ¶ †Secunda cõcluſio.Cõferẽs ordinẽ per ſimoniã:ſuſpẽſus eſt ipſo facto ab omnibus ordinibus.tex.& gloſ. j.q.j.c.fi quis à ſimoniacis.gl.in.d.§.verũ.xxxij.di.vnde ab eo non dñt recipi ſacramenta.niſi baptiſma,& corpus Chriſti in articulo neceſſitatis.ſecũdũ gl.in.d.§.verũ. ¶ †Tertia cõcluſio.Simoniacus in beneficio ſuſpẽſus eſt ipſo iure.Fallit.niſi ſit occult⁹.vt hîc per Inn. ¶ †Quarta cõcluſio.In collatione ordinis facta à ſimoniaco imprimit̃ character:ſed nõ executio.ſecundũ docto.hîc.nõ obſtat ſi dicať cõferre ordines: eſt executionis dignitatis epiſcopalis.ergo talem executionem facere nõ põt:cũ ſit ſuſpenſus.vt in ꝓxima cõcluſiõe.qa executio in ꝑlato in eo qđ eſt actiua ſacramẽti virtualiter ĩ habitu nõ eſt ſuſpẽſa ſicut aliter dicit.ꝙ ſuſpẽſus cõficit ſacramẽtũ.xv.q.vlt.&.c.veſtra.de coha.cle.& muli. & iõ dato ꝙ ordinãdo exequať tñ virt⁹ characteris nõ põt eẽ ſuſpẽſa.ita latè declarat Tho.ij.ij.q.c.arti.vlt.ĩ corpore qõnis.& habeť in ſumma piſana.in ver.ordinat⁹.el.j.in pen.& vlt.qõne & ĩ ver. ordinator.in vlt.q.Et pro hoc bñ facit qa nulla prohibitio legis, vel hominis põt ĩpedire characteris impreſſionẽ.glo.in ver. firmitatis.in.c.prouida.de elect.lib.vj.in cle.j.in verſi.irritũ.de elec.& gl.pe.in.c.poſt tranſlationem.de renun.latè Imo.& do.Abb.in.c. quãtò.de cõſu.& pulchrè do.Ant.in.c.ad diſſoluẽdũ.in vlti.q.de deſpõ.ĩpu.gl.& Imo.in cle.pleri ꝙ.in ver.aliqd.de elec. ¶ †Quinta cõcluſio.malè intelligẽs legẽ canonicã,nõ peccat mortaliter : niſi poſt declaratã ei⁹ obſcuritatẽ.ita ſingulariter Inn.hîc.in fi.primę col.quę ſequunť oẽs Doct.qbus adde Bal.in.l. ab eo.in.iij.col.C. qũo & qñ iudex.vbi dicit ꝙ errãs in ſubtilitatibus iuris nõ peccat mortaliter.allegat Inn.hîc.adde do.Ab.in.c.capellanus.in.iij.col. de ferijs.vbi ꝓpter gl.in verſ.alij.dicit ꝙ nõ peccat qs nõ ſeruans legẽ pręcepti:qñ ſunt opi.circa eius intellectũ.facit glo.fing.in.c. j.in ver.de cętero.de poſtul.prę.lib.vj.per quã dicit ibi Domi.ꝙ ſententia lata ſcđm opi.cõiter approbatã tenet:etiã ſi poſteà declareť cõtrariã opi.fuiſſe verioré,& eſſe.In quo vide latè Imol.in c.fi.in.iiij.colũ.de cõſti.idem tenentẽ.& vide Domi.in præludijs decreti.ad fi.& in.c.humanũ genus.in.iij.colũ.j.di.& in.c.ex antiquis.liiij.diſt.vbi idẽ tenet.facit gloſ.vulgaris.inſti.de ob.quæ ex quaſi de.in princ.ꝙ mitius puniť iudex ꝙ tulit ſententiam contra legẽ obſcurã.facit qđ not.Io.mo.in regula.iuris ignorãtia.lib.vj. ꝙ ignorãtia iuris obſcura excuſat.no.do.An.in.c.cognoſcẽtes .in iij.col.de cõſti.cũ cõcor . ¶ †Sexta cõcluſio.Tranſgrediens legẽ canonicã:peccat mortaliter.& ſi crederet Papã nõ potuiſſe eam facere,eſſet hęreticus.ita tex.opti.in.c.nulli fas.xix.diſtin .& not. gl.in.c.in gñali.in ver.habemus.de elec.in.vj.& ſequũť hîc Car.& An.quibus de hac vtili materia adde do.Car.in cle .ne in agro.§.ſi quis.in.xxxij.q.de ſta.mo.& in cle.j.in.ix.q.de ęta.& qua.Domi.

¶ Ratihabitio. De hoc vide per Henri.bo.in.c.mulieres.j.de ſen. excom. per Areti.in conſil. cxxviij. & Alexã.de Imol.in conſil.clxxviij.in iiij.col. & aliquid conſil.lxxxj.in.ij. col. in quinto vol. & in.d, cõſi,lxxxviij. ꝙ ratihabitio trahitur retro per fictionem, & non per veritatem, & vide in materia etiam aliqd per Ange.in eĩ⁹ cõſi. clxj.

¶ Cxvij. Adde tu quod eſt nume. cxxiij.

in.c.ij.in antepe.col.de cõſt.lib.vj. Arch.in.c.violatores.xxv.q.ij. Imo.in.c.cũ cõtingat.in.xiiij.char.de iureiuran.do. Ab.in.c.clerici el grande.de vi.& ho.cleri. Tho.ij.ij.q.xliij.per totũ. Imo. in.c.ij.de maio.& obe. Tho.in.iiij.di.xv.q.iij.arti.j. Card.latè in cle.j. in.xv. vbi bonus tex.de vi.& ho.cle. Tho.in ſuis quolibetis quolibeto.xxix. Io.de ana.in.c.j.de male. Dom.in.c.gñali.in.viij.col.ẽ alle.& in.c.fi Papa.in pe.col.xl.diſt. Domi.in.xxiij.diſt.c.in noie dñi.& in.c.perpetuę.in.j.no.de elec.in.vj. Pet.de anch.in.c.canonũ.in.xxxviij.col.de cõſti. Do.in.c.nec licuit.xvij.diſt.& Ana. in
9 c.prætereà.de apoſ. ¶ † Septima concluſio. declarationes papę nõ habẽt vim legis: qn procedit per viã cõmẽti. prout Inn. quartus. ita ſingulariter vult ipſe Inn. hîc dicẽs tm̃ valere dictũ Papę per viã cõmẽti, q̃tũ rõ dicti quod no.& adde Domi.in.c. de libellis. xx.di. vbi propter hoc dictũ limitat glo. ibi ,put latè dixi in.c.qualiter.el.ij.in primo.no.de accu.& pro hoc facit no. dictũ Io.an.in c.j.de cõſti.ſ. vbi dicit ꝙ iudex q in iudicãdo debet ſequi cõmunẽ opinionẽ. Fallit. niſi fortè ſingularis opinio cõtra cõm̃ moueretur meliori ratione.& ſequuntur ibi omnes doc.& Alberi.in.l.ij. ſ.ſed neq. C.de vete.iur.enu.& ita ſentiunt ꝙ ratio prędualet authoritati. prout voluit Inno. hîc.

SVMMARIVM.

1 *Dato vno incontinenti. multa inde ſequuntur.*
2 *Archiepiſcopus punit ſuffraganeos & eorũ ſubditos: quantum eſt in in re expreſſum.*
3 *Sacramẽta non debent vẽdi, tribus rationibus hic aſſignatis.*
4 *Emptor tenetur offerre pretium venditori.*
5 *Sententia poteſt ferri ſub modo.*

¶ *CAP.* XXXVI.

INtantùm. Pro chriſmate, vel eccleſiarũ inueſtitura, nihil exigi debet. & cõſuetudos, vel nominis & tẽporis variatio non excuſat. d.d. ¶ † No. primò ꝙ ex pacto pactũ orit. facit qđ habeſ in primo phyſicorũ. dato vno incõuenienti plura ſequunt. No. gl. in l. ratas. C. de reſcin. vendi. ¶ Secũdò no. ꝙ mutatio nominis prodeſt. facit. tex. i. l. j. in fi. C. de priui. ſchola. lib. xij. dũ dicit. rem prohibitã alio nomine valeat vſurpare. vbi glo. infert de quodã domino Ottone qui nõ poterat eẽ poteſtas Bononiẽſis. & faciebat in fraudẽ ſe appellari defenſorẽ. quia talis mutatio noĩs nõ ꝓfuit. & facit qđ no. Bal. in. l. mãcipia. C. ſi quis ſibi vel alteri. ꝙ prælatus emẽs fundũ oppoſito alieno noĩe: ſi põt cõuinci de fraude: nihil agit: quia fundus remanebit eccleſię eo defuncto. no. do. Ab. in. c. cũ ſit generale. in. iiij. col. de fo. cõpet. & Lapus allegatione. lxxij. dicẽs ꝙ Epiſcopus erit iudex in cognitiõe huius fraudis. & de multiplici fraude, de noĩe ad nomẽ. vel de perſona ad perſonã. vel de tpe ad tẽpus. vide per glo. in ver. fraudẽ. & ibi latè do. Ant. in. c. quãtò de priuile. per Bal. poſt gl. in. l. humanũ. C. de legi. per Imo. in. c. illo vos. de pig. & in. c. ad noſtram. de emptio. & vẽditio. & in. c. inquirẽdũ. de pe. cleri. Bal. in. l. pacta nouiſſima. in. iij. col. C. de pactis. Hoſt. in ſumma titul. de emptio. & vendi ſ. fi. in vlti. col. Bald. in. l. frau. ff. de legi. Anc. in. c. j. in. xxviij. col. de cõſti. & cõſil. cclij. incipiẽte. Ex ordine contractuũ. & cõſi. viij. incipiente. plurimæ cõiecturæ. Bald. in. l. j. C. de collu. detegenda. vbi ſingulariter dixit ꝙ ſi recipiens à debitore habet inſtrumentũ, in quo dicit ꝙ recipit de mero capitali: prę ſumitur vſura. & ex his infert do. Abb. ꝙ nõ attenduntur verba contractus: ſed natura contractus. & allegat. l. ſi vno. ff. locati. vbi eſt tex. ſing. ꝙ verbũ donatio. capitur pro tranſactione. vnde donans vno anno ſterili pẽſionem locatario: non prohibeſ eã petere in anno fertili: quia non donatio, ſed quaſi tranſactio fuit per illum tex. dicit do. Ab. in. c. ij. de ſta. mona. in. ij. col. ꝙ ſi profitens dicat reſeruo mihi proprietatẽ talis rei exponit. id eſt vſum. & pilla legẽ cõſuluit Car. cõſi. xvij. incipiẽte. authoritas Car. ꝙ ſi monialis in teſtamẽto dicat. relinquo tali proprietatẽ talis rei. exponitur. id eſt vſum. Per illã. l. dicit Bal. in. c. literę. in. iij. col. verſic. modò quæro. ſ. de dila. ꝙ ſi in inſtrumẽto loquẽte de emphyteo ſi grauatur recipiẽs nõ ad pẽſionẽ vnius nũmi: ſed ad tantam quę quaſi adęquatur redditui: exponitur emphyteoſis. id eſt locatio, & idẽ tenet Bal. in rub. C. de iure emphy. & per illã. l. dicit Bal. ĩ. l. qui ſe patris. in. xj. co. C. vñ liberi. ꝙ ſi Imperator accepta pecunia de feudo dicat: indulgemus tale feudũ: eſt vẽditio, nõ donatio. per illã. l. dicit Bal. in. l. fi. C. de vſuris. ꝙ ſi debitor reſtituẽs mutuũ dat aliquid vltra ſortẽ, & dicat dono: impropriaſ, & exponiſ ꝓ ſoluo. vnde nõ poterit creditor repetere amplius vſuras. ¶ Quartò no. ꝙ fortius declaraſ vẽditio, qñ pretium prędecedit traditionẽ rei, q̃ qñ ſequiſ: qa traditio rei põt adaptari ad multos contractus. ſed
2 intereuentio pretij ad ſolã emptionẽ adaptaſ. inſtit. de emptio. & vẽdi. in prin. ¶ † Quintò no. ꝙ Archiepiſcopus punit Suffraganeos & eorum ſubditos quãtum eſt iure expreſſum. tex. in. c. j. de ſup. neg. præla. à quo ſimile dicit de patro. erga eccleſias. c. in quibuſdã. de pœnis. ſimile de epiſcopo circa abbates. c. hoc tantum. xviij. q. ij. iſtis adde Bar. in. l. j. ff. de extraordina. criminibus. vbi dicit ꝙ poteſtas, vel capitaneus alicuius terrę poſſunt reuidere ſtatuta diſciplinatorũ. i. battutorũ. & ſi cõtinẽt aliqd repugnãs eorũ religioni, poſſunt deſtruere eorũ ſocietates. & vidẽ Bald. in. c. j. ſ. cõuẽticulas. in ti. de pace tenẽda. vbi dicit qđ eps̃ habet iuriſdictionẽ cõtra malas cõuẽticulas. & cũ dicto Bart. in. d. l. ij. trãſit Bal. in
3 l. j. C. de monopol. ¶ † Vltimò nota. ꝙ ſacramẽta nõ debẽt vẽdi. & aſſignaſ triplex rõ. qa cõferẽs ea dicit diſpẽſator: non dñs. ideò ad ipm nõ pertinet vendere. Scda. qa in ipſis nõ cõcurrit põdus, numerus, vel mẽſura. Tertia. quia cõtinẽt in ſe gratiã: quę gratis
4 cõferẽ. iuxta illud. gratis accepiſtis, gratis date. ¶ † In gloſſ. in ver. *prius*. ibi ſ. *offerri*. not. ꝙ emptor teneſ offerre pretiũ vẽditori. & vide gl. in. l. ſi traditio. C. de actio. empti. q̃ dicit ꝙ ille debet offerre qui agit. quia ex cõtractu hinc inde obligatorio nõ põt agi: niſi per eũ qui pro parte ſua ,pbet totale implemẽtũ. vt latè declarat Bal. in. c. j. qualiter dñs ,pprietate priueſ. ita dicẽs eſſe in exactionibus pœnarũ, ſiue ſint legales, ſiue cõuẽtionales: & vt intelligas dictũ glo. facias duas cõcluſiones. Prima eſt. venditore nõ oppoſite de prętio non ſoluto debet emptor obtinere. ſecus ſi opponit. ita Bald. in. l. j. in fin. C. de his quæ ſub modo. & in. d. l. ſi traditio.
1 in. iij. q. & in. l. j. in. v. co. de vſuris & fructibus legatorũ. & Ang. in l. iuriſgentiũ. in prin. ff. de pac. & probaſ per tex. ibi. quia in contractibus noĩatis oriſ actio ,pter ſolũ cõſenſum intereuenientem in cõtractibus: qui cõſenſu perficiunt. ,put eſt emptio: abſq; eo ꝙ agens impleat ,p parte ſua. niſi opponaſ exceptio. ſecus in contractibus innominatis. vt ibi. & in. l. ex placito. C. de rerũ permu. & iſtam opi. ꝙ iudex debeat pronuntiare pro emptore. firmat Raphael in. l. eum qui ita. ſ. qui ita in fi. ff. de verb. obli. ¶ Secunda cõcluſio. † *Si* iudex videt nõ eſſe ſolutum pretium vẽditori ,poteſt ex ſuo officio mandare emptori agẽti qđ ſoluat prętiũ: licet ad id actũ nõ ſit. vt ex tex. in. l. ſi pater. in fin. C. de act. emp. ſecundũ Bal. ibi. qui dicit hoc notãdum. poterit ergo iudex in ſnĩa dicere. condemno venditorem ad tradendum rem emptori: emptore prætium ſoluente: & aliter nõ. ſicut in ſimili dixit Bar. in. d. ſ. qui ita. quando actor petijt reum condemnari ad. x. purè: & conſtat iudici illa. x. fuiſſe promiſſa ad diem: quia iudex cõdemnabit ad dãdũ illo die: etiã ſi reus non oppoſuerit. quod not. & confirma ex his quæ dixi. in. c. licet heli. in quarta fallentia. ſ. eo. ¶ In ea. gl. in fin. no. ꝙ ſi emptor nõ cõfidit de vẽditore, & econtrà, pecunia & res deponi debet penes ſequeſtrũ. & eſt gl. ſimilis. in. ſ. offerri. allegato in gl. vbi Sali. ibi dicit ſe ita obtinuiſſe in facto in quo etiã vide per Bart. in. l. ſi ſoluturus. allegata in gl. per Ang. in. l. ſi à bonæ fidei. ff. de rei vendi. per Bal. in. l. ſi ita. ſ. j. ff. nau. caupo. ſta. & per Bal. in. l. acceptam. in. j. col. & in. x. q. C. de vſuris.

SVMMARIVM.

1 *Clericus habens patrimonium ſufficiens: an licitè poſſit retinere fructus beneficiorum?*
2 *Clericus reparare omittens eccleſiam ruentem, peccat mortaliter.*
3 *Habilitans in ali qua regione, præſumitur ſcire mores illius regionis.*
4 *Conſulere peritiores qui potuit, non excuſatur.*

¶ *CAP.* XXXVII.

PErtuas. Ordinatus in ſubdiaconũ, qui priꝰ præſentatori promiſit ꝙ nihil ab eo peteret in ſuſcepto ordine miniſtrare, vel ad ſuperiores aſcẽdere nõ põt: niſi cũ eo diſpẽſet etiã ſi nõ crediderit eũ nõ peccare. ¶ † Vtrũ aũt habens patrimoniũ ſufficiẽs licitè poſſit retinere fructus ex beneficio eccleſiaſtico?

eccleſiaſticoꝰ eſt dubiũ maximũ. & patet ex not. ꝓ. d. Abb. in ſua diſputa. inci. Titius clericꝰ. in vlt. dubio. q tñ poſt multa cõcludit ꝙ ſic. cũ de latis modificationibus. videlicet dũmodò fructꝰ patrimonij & bñficij licitè diſpenſent. & idẽ tenet Inn. in. c. ij. ne prę. vi. ſuas. Io. de lig. ĩcle. gratiæ. de reſcriptis. Arc. in. c. & ſi illi q. in. ſ. ex his. xij. q. ij. do. Ab. in. c. ijj. de magiſtris. & in. c. epſ. de prębẽ. & ꝓ illas modificatiões rñdeẽ ad. c. clericos. j. q. iij. quia intelligẽdo ſimpliciter ,put iacet: eſſet contra. c. de multa. in ver. ſublimes. de pręb. & cõtra rationẽ. c. cũ ſecũdũ. e. ti. quia diuitię nõ auferũt id qđ eſt debitũ. ſic filia diues debet habere doteſ. vt in. l. fi. & ibi Bal. C. de do. ꝓmiſ. Iſtis Adde gl. in. c. cõſtitutis Io. ij. in ver. impotẽtiã. de app. q̃ vult cęteris paribꝰ clericũ diuitẽ pręferẽdũ pauperi. & probaſ tali rõne. ſicut bona tutoris. ſunt obligata pro pupillo. ita bona prælati ſunt obligata ,p eccleſia. gl. in c. ex literis. de pig. vnde melius cõſulitur eccleſiæ ꝓ prælatũ diuitẽ q̃ per pauperẽ. & ita ſentit glo. in. l. v. ff. pro ſocio. & vide Ro. l. ſi verò. ſ. qa viro. in. iij. fallẽtia. ff. ſo. ma. vbi approbat gl. d. c. conſtitutis. Et vide beatũ Tho. ij. ij. q. clxxxv. arti. vij. circa fi. vbi ponit in iſta materia duo. Primũ. ꝙ clericꝰ diues ex patrimonio, ſi alienat bona eccleſiæ etiã in caſu neceſſitatis: & vtilitatis in quo
2 alius licitè alienaret peccat mortaliter. qa debet de ſuo ſuccurrere eccleſiæ. ¶ † Secũdò dicit ꝙ ſi omittit repa rare eccleſiã ruẽtẽ peccat mortaliter. nec eũ excuſat tenuitas redditũ eccleſię licet aliũ nõ diuitẽ excuſaret. ꝓ tex. in. c. de his. de eccl. ędifi. qa debet de patrimonio ſuo ſubuenire. qd no. Et in materia ſcias qđ clericus abutens redditibus ſuis, teneſ ad eorũ reſtitutionẽ: aliãs abſolui nõ põt. ita ſingulariter voluit Archi. quẽ valde not. ibi Domi. in. c. j. ſ. j. xliiij. di. ꝓ. illũ tex. & allegat Ray. in ſua ſumma idẽ tenẽtẽ. ¶ Secũdò no. ibi: *nec ſe*. ꝙ ignorantia nõ excuſat. dic tñ ꝙ mitius punitur. c. ſciẽdũ. de pœ. diſt. ij. ¶ Item excuſatur à dolo. gl. ſi. in. l. ſi plagij. C. ad. l. ſla. de plagia. & pulchrè no. d. Car. poſt Pet. de anc. in clem. j. de ſepult. & not. ꝙ nullus inferior à principe põt facere qđ ignorãtia ,pbabili factũ puniaſ. ita no. Ro. in. l. de pupillo. ſ. nuntiationẽ. ff. de ope. no. nũ. dicens hoc fuiſſe ſingulare dictũ Cõpo. in. c. capitulũ. de reſcrip. vnde legatꝰ hoc nõ poſſet. ſecũdũ Archi. in. c. ſi apoſtolicę. de prębẽ. in. vj. no. Spe. ti. de leg. ſ. nũc tractemus. in fi. Et Lapũ alleg. xiiij. ſecus ſi papa. de quo vide glo. in. c. ſi qs iuſto. de elec. in. vj. & tex. no. & ibi doc. in. c. j. poſt prin ci. de cõceſ. ꝓbẽ. eo. lib. & iſta ſunt vtilia ad ſtatuta. in quibus exprimitur ꝙ eis cõtraueniẽs nõ poſſit ꝓtẽdere aliquã ignorãtiã: nec allegare. qa nõ valẽt. vt no. Bart. in. l. diuus, in prin. ff. de fal. & Bal. in. l. j. ff. de legi. & in. l. vnic. in prin. in. iij. col. C. de cadu. tol. & Lud. ro. in. l. j. ſ. occiſorũ. ff. ad ſylle. & ideò ſimiliter dixit Sal. in. l. ſenat.
3 C. de his qui ſibi aſcribũt. † ꝙ ſtatutũ dicẽs nõ poſſe alle gari ignorãtiã. intelligiſ de ignorãtia iniuſta, puta ſi habitans cõtinuò in certa terra allegaret ignorãtiã ſtatuti diu vniuerſaliter ſeruati. pro quo faciunt no. in. c. cũ in tua. q ma. ac. poſ. & tex in. c. j. de poſt prælat. & in. c. ꝙ dictis. xvj. di. & ideò meritò dicit gloſ. j. hîc ꝙ imputaſ ei qui potuit conſulere peritiores. & dicã ſuper ea. No. ꝙ ſuper vno bñficio aliud creaſ. qa ordinatus ſub titulo alicuiꝰ eccleſię percipit victũ ab illa eccleſia: de qua perceptione cogiſ facere mentionẽ in impetratiõe bñficij. ſecũdũ Car. in. c. in noſtra. in. x. q. de reſcri. & Io. de ana. hîc. qui dicit hoc ſecurè tenendũ. allegat no. in. c. ſi motu proprio. de pręb. in. vj. dic tñ ꝙ ſi nõ deſeruit eccleſiæ in qua intitulatur: non põt agere cõtra pręſentatorẽ. ita no. Io. an. hîc. ita intelligẽs. c. conquerente. de cle. non reſi. & ſubdit ſingulariter ꝙ ſucceſſor pręſentantis nõ tenetur ad alimenta præſentato. qđ eſt no. ad text. in d. c. conquerente. & ex his caueat ergo eps̃ ſecũdum do. Abb. hîc: quia iſtis concurrentibus teneretur de ſuo ꝓ-
4 uidere. ¶ † In glo. in ſi. de materia vide quæ dicam poſt alios j. eod. qm̃. & pro nunc no. bene iſtã glo. qđ his caſibus quibus aliquis excuſatur ab ignorantia iuris, nõ excuſaſ, ſi potuit cõſulere peritiores. facit tex. in. l. ſi auia. C. de ingenu. manu. ibi ſi cũ peritioribus tractatum habuiſſes, facilè cognouiſſes. quẽ ꝓ ſingulari notat Ange. in diſputa. duo adinuicem litigantes. ideò dicit Bal. in. l. ſolent. ff. de off. ꝑſi. ꝙ poteſtates caſtrorũ q errãt in iure, nõ excuſantur. quia potuerũt cõſulere peritiores. ſimile dicit Bal. in. l. obſeruare. ſ. proficiſci. invlti. q. ff. de off. procon. ꝙ non excuſatur ᵃ poteſtas proprer aſſeſſorẽ; a
quia debuit aſſumere peritiorẽ. not. gloſſ. ij. q. vj. c. hoc etiã quippe. ꝙ vltimũ, quia eſt quotidianũ: limita ſingulariter duobus modis. Primò. niſi aſſeſſor fuiſſet publicè doctoratus in collegio ſtudij approbati. hîc duo ponit Sali. in. l. ſi. C. de pœna iud. qui malè iudi. dicam aliãs latius. Et vide etiam glo. ſi. in cle. vnica. de cõceſ. prębẽ. & dicit Bal. in. l. iuris. C. qui admitti. ꝙ ſicut ruſtici accedũt ad nemus pro lignis. & ad vrbem pro indulgentijs ita pñt accedere ad peritos pro conſilijs. ¶ In gloſ. ij. in fin. dicebat Innoc. hîc ꝙ ſolus papa poterat cũ iſto diſpenſare. per. c. peĵ. eo. & ita tranſeũt alij: cõtrarium tenet do. Ab ꝓ dictũ Inno. in. c. dilectus de tempo. ordi. dicentis quod ſi conditor canonis nõ reſeruat ſibi diſpenſationem, videtur eam concedere epiſcopis. ſicut de abſolutione dicitur in. c. nup. de ſen. excõ. nec obſtãt iura reſeruantia hunc caſum ſoli Papę: quia procedũt in ſimonia propriè cõmiſſa. qđ ſecũdũ eum nõ fuit hîc. qa nihil acceſſit pręſentatori. vnde in effectu infert vnũ. ꝙ licet
ſimonia in vno ordine ſuſpendat ab alijs ẽt bñ acceptis a ¶ Excuſatur poteſtas. Quando quis habuit malum cõſiliũ à perito, quando excuſetur, vide per eundẽ Feli. in c. de quarta. col. ix. in prin. ſ. de præſcript.
vt dixi. ſ. eo. c. per tuas. el. ij. tñ ſecus in caſu ſimili noſtro per tex. hîc in fi. dũ dicit. *ſuſcepto*. nõ ſuſceptis. ſed tu dic quod imò dictum Inn. eſt veriſimũ. ꝙ ſolus papa diſpẽſet. & nõ eſt verum ꝙ regula. c. nup. de ſen. excõ. ꝓcedat in diſpenſatione. vt latè per do. Abb. in. c. at ſi clerici. ſ. de adulterijs in. vij. col. de iudi. cũ cõcor. quas allegaui. in. d. c. nuper. & opi. Inn. probaſ in. d. c. peĵ. eo. ad qõnẽ tex. do. Abb. hîc. nõ aduertit: quiã ponit præciſè caſum ſimilẽ noſtro. vnũ tñ no. qđ propter ignorantiam iſtius quæ vt. ſ. dixi à dolo ſecundũ Car. ĩ cle. j. de ſepul. ꝙ põt teneri ꝙ in hoc mitius puniatur. ſ. qđ in ſuſceptis ordinibus bene non ſit ſuſpenſus. q̃uis aliãs ſecus. in hoc oportere videre quomodo quis ſuſpẽdatur à minoribus ordinibus. quos ſolos iſte priꝰ habuerat. nec obſtat. ꝙ præſentatori nihil acceſſit. quia (vt dicũt oẽs ſuper gl. ſequẽti) nõ remittebaſ obligatio queſita: ſed querenda. ió cũ remittere ſit dare in materia noſtra. c. veniens. el. j. de tefti. erat iſta ſimonia non impropria, ſed vera.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur nedum in beneficio ſpirituali: ſed etiam in omni adminiſtratione rerum eccleſiæ.*
2 *Statutum ſi dictat quod volens corrumpere mulierem per vim puniatur: nõ punietur hoc delictũ ſolũ attentãs: ſed ipſum perficiens.*

¶ *CAP.* XXXVIII.

COnſulere. Adminiſtrationẽ rerum eccleſiaſticarum iuri ſpirituali annexã per pecuniã acquirere ſimonia eſt. ¶ No. qđ cõtumelia irrogatur eccleſię nõ ſolũ quę per ſimoniã acquiritur: ſed etiam in qua officium per ſimoniam acquiritur. facit. c. de hoc. & c. audiuimus. ſ. eo. ¶ No. ibi: *pecuniam*. & expone non ſolùm nummus, ſed etiam pro omni alia re, tũ quia nihil tpale pro ſpirituali dandũ eſt tum quia omne qđ habent hoĩes, ꝓpter pecuniã eſt. j. q. iij. c. totũ. vide tex. & ibi Bald. in. l. ij. C. de cõſti. pecu. & Bald. & Imo. in. l. talis ſcriptura. in prin. ff. de leg. primo. & vide Bart. in. l. aquiliana. ff. de tranſactio. vbi dicit ꝙ habens iudicare ſuper certa re: ſi illam adiudicat vni; &

a in cõpensationem[a] pecuniã aliteri: nõ excedit fines com promissi. quasi omnis res pecunia æstimari possit. quod multũ notat do. Abb. in. c. cũ dilectus. in. iiij. col. de arb. & de hoc ver. vide latè Ro. in. l. nãq; §. non omnis. ff. ad trebellia. & dic quòd si in statuto sit mentio de pecunia intelligitur de numerata. Bal. in. l. ij. §. creditor. ff. si certum petatur. imò dixit Bart. post multa in. d. l. talis scriptura. quod propter cõmunem vsum loquendi intelligitur de pecunia propriè in ære cõsistente. qd no. ad in-
1 tellectũ dicti. c. totũ. ¶ †Tertiò not. qd simonia cõmittitur nedũ in beneficio spirituali obtinendo: sed etiã in qualibet administratione rerum ecclesiæ & quotuplex sit illa. vide. c. saluator. j. qõ. iij. Et intelligas illa esse spiritualia: nedũ quę per essentiã sunt spũalia: put dona spiritus sancti, vel reliquię sacrę. sed etiã inquãtũ sunt causa spiritualitatis. puta absolutio ab excõicatiõe, vel prębenda ad canoniã, vel ius patronatus. quia talia siue annexa, sine accessoria, vel pẽdẽtia, nõ sunt vęnalia. facit. l. quę religiosis ff. de relig. & sump. fune. c. de iurepatro-
cũ simi. ¶ In glo. si. in fin. quãdo volũtas vel conatus[b] in delictis puniatur. vide eleganter domi. Abb. in. c. j. de eo qui mitti. in possẽ. in. ij. char. latè Bar. in. l. q ea mẽte. ff. de furtis. & dicit Spe. in ti. de accusatio. in princi. ꝙ le gibus volentibus conatũ puniri: hodie derogauit contraria consuetudo. refert ipsum singulariter Ange. in. l.
2 j. ff. qd quisq; iur. per tex. ibi †Et vide figulare dictum Bar. in. l. fi. propter glo. ibi. in verfi. voluit. ff. de re. diui. quem sequitur Bal. in. l. fi prędium. C. de ędili. actio. vbi dixit ꝙ si statuto cauetur qd volens corrũpere mulierẽ per vim puniat: hoc puniet solũ attẽtãs. sed delictũ pficiens. & illa verba corrũpere voluerit. exponũtur. i. voluntariè corruperit. pro quo dicto est casus hîc. coniuncta gloss. quem semper not. Et adde Domi. in terminis iftius glo. j. q. j. c. qui studet. quem referam in. c. fij. eodẽ.

a ¶Compẽsationẽ. b Adde Ale. de Imo. in cõsi. lxxix. col. fi. in princ. in quinto vol.

b ¶Volũtas vel conatus, De hoc latissimè per eundem Feli. in suo tracta, quãdo conatus puniatur. quem ponit post titulũ. de appel. suprà.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Exigi an aliquid possit post collationem factã de spiritualibus.*
2 *Episcopus, an sit ordo?*

¶ *CAP. XXXIX.*

SIcut pro certo. No. qd episcopus consecratur. Abb. bñdicitur. clericus ordinatur. posset tñ dici quò d etiã Episcop⁹
1 ordinetur. de quo j. ¶ †Secundò nota ibi: *collatis.* quòd etiam post collata spiritualia non est licitum aliquid exigere. dicit tamẽ singulariter Hostiẽ. hîc valere consuetudinem quòd aliquid exigatur. & ꝙ sit in his casibus conuertendum in pios vsus. Ex quo in fert quòd poterit Episcopus compellere ad obseruationem talis consuetudinis. per. c. ad apostolicam j. eodem. secus si interueniret pactum, vel statutum. & ita intelligit. c. ex multis. j. q. iij. quod non admittit Ioan. de ana. hîc quia non differt secundum eum statutum à consuetudine. tanquam tacitum ab expresso. sed hîc infistè pro veritate. vt latius dicitur in. c. Iacobus j. eodem. Et per hunc text. volentem episcopos consecrari: & clericos
2 ordinari, videtur †quod Episcopatus non sit ordo. ad idem text. in. c. vnico. ad fin. de sacra vnctio. & ita tenẽt theologi volentes in ecclesia esse solùm septem ordines. nõ computando psalmistatum, & episcopatum: sed quatuor minores, & tres maiores. quia isti soli cooperãtur ad sacramentum eucharistiæ. aliàs non neq; secũdũ eos per episcopatũ aliqd addit characteri ordinis sacerdotalis. Sed contrarium cõiter tenent docto. nostri. qa omnia iura appellãte piscopatũ ordinẽ. vt in multis iuribus adunatis per domi. Anton. in. c. quoties. de purga-
cano. nec est verum quòd omnes ordines cooperantur ad sacramẽtũ eucharistiæ. patet in hostiario. quẽ ipsi fatentur habere ordinem. Item licet nõ cõferatur nouus character: tamen multùm additur characteri sacerdotali. quia cõpetũt ea quorũ executio est prohibita simpliciter sacerdoti. de quibus per glo. in. c. peruenit. xcv. dist. & in. c. quantò. de consue. & in. c. aqua. de con. eccle. vel alt. & ita latè not. Domi. post gl. in procœmio. vj. in penul. colũ. & Car. in cle. in plerisq; in. xj. q. de electio. & Do. in. c. cleros. post gl. xxj. dist. & Domi. Anto. in. c. ex literis. in. j. col. de excess. pręla. & post glo. iij. Archi. in. c. dia conos. xciij. dist. de quo etiam per beatum Tho. quarto sen. dist. xxiiij. q. iij. arti. ij. & di. lxx. q. ij. art. j. & do. Ant. & Car. in. c. cũ cõtingat. de æta. & qualita. & ibi est tex. ꝙ prima tonsura est ordo. facit. c. vltimum. de tempo. ordi. in. vj. iuncta Rubrica.

✠ *SVMMARIVM.* ✠

1 *Moniales debent recipi ab abbatissa cum monialibus.*
Hæc regula fallit, si consuetudo aliud induceret. nu. 2.
Item si Abbas non secuto consilio reciperet: quia sufficeret simplex requisitio consilij. nu. 3.
Item fallit. nisi ageretur de obligando ipsum receptum ordini in genere: & non obligaretur sibi monasterium in quo recipitur: quia tunc solus abbas eum recipere posset. nu. 4.
5 *Monachi & moniales, an excusentur ab ignorantia iuris?*
6 *Clericus secularis excusatur ab ignorantia iuris.*
7 *Ignorantia iuris regulariter neminem excusat.*
Fallit. nisi agatur de damno vitando. nu. 8.
Item fallit in milite rustico, & muliere. nu. 9.
Item fallit. nisi quis potuerit consulere peritiores. 10.
Item fallit in his quæ sunt inducta ad rigorem iuris. 11.
12 *Faciens actũ clam: his casibus quibus quis excusatur ab ignorantia iuris, perdit priuilegium.*
Ignorantia iuris excusat quemlibet ad euitationẽ pœnæ quæ non dicitur dolus: sed lata culpa. post. nu. 12. versic. Tertia conclusio.
13 *Surripere quis potest rem suam apud alium constitutam: si nõ sperat per viam iustitiæ eam recuperare.*

¶ *CAP. XL.*

QVoniam ¶ Religiosi prętio recepti, vnà cũ recipiẽtibus de monasterio expellunt & in arctioribus monasterijs ad agendũ pœnitentiã detrunduntur. sed recepti ante hoc confiliũ, ponunt in aliud monasteriũ eiusdem ordinis. nisi multitudo impediat: ita tñ ꝙ renũtiẽt primę receptiõi.
1 & de nouo recipiunt. h. d. ¶ †Not. primò ibi. *moniales.* ꝙ receptio monialis ptinet ab abbatissam cũ monialibus. de quo per Spe. titu. de statu. mona. §. j. ver. xx. & Lapũ allegatiõe. xxxij. q̃ incipit. Pria cõclusio. & gl. & doc. in. c. vlt. de regula. in. vj. Archi. in. c. fi. xvj. q. vij. d. Ab. in c. ea noscit. in. j. col. de his q̃ fi. à præ. Old. cõf. xcvij. incifactũ tale est. Quidã Ab. d. Ab. in. c. ad aplicã. in vlt. col. de regula. dicas ꝙ regulariter procedit dictũ Doctorũ hîc. per id qđ dicitur in regula benedicti. quod prælatus
2 nihil arduũ faciat incõsulto cõuentu. ¶ †Fallit primò. nisi cõsuetudo aliud induceret. qa valebit. per tex. in. c. fi. de regu. in. vj. ¶ †Secundò nisi Ab. non secuto consilio reciperet. qa sufficiet simplex requisitio consilij. scdm do. Ant. in. d. c. ad apostolicã. qa hoc importat ipm ver bũ cõsiliũ. c. cũ interuenerit. & ibi Doc. de elect. & c. cũ olim. de arbi. plenè Bar. in. l. j. §. fi plures. ff. de exercito. si tñ nõ requireret receptio, nõ teneret scdm. d. Ab. i. d. c. ad apostolicã. nõ obstat vltra ipm ꝙ omissio talis solẽnitatis nõ dẽat vitiare actũ. l. j. i fi. ff. de vẽ. ispi. no. Bart. i. l. fi. C. de iur. deli. Imo. i. l. ij. §. pri⁹. ff. de vul. & pu. cũ si. qa satis est ꝙ fortè alios cõsulẽdo mutaret sniam. vñ hoc respectu nõ dr̃ leuis solẽnitas. vt pulchrè declarat Bar. in d. §. si plures. & elegãter Car. in cle. j. in. xj. q. de off. deleg.

¶ Tertiò

4 ¶ †Tertiò fallit. nisi ageret de obligando ipm receptũ ordini in genere: & nõ obligaret sibi monasteriũ in quo recipitur. qa solus Ab. eũ recipere poterit. ita Do. post Lapũ. in. c. fi. de regula. in. vj. quot modis dicat monach⁹ recipi. vide glo. in. cle. ij. de iudi. in ver. electionis. & glo. in cle. j. in ver. prælatum. de elec. & ibi do. An. ¶ Secundò no. ibi: *multitudinẽ.* ꝙ mutitudo personarũ est sufficiens cã mutãdi ordinẽ, vel debitũ. bn facit singulare dictum Bar. in. l. j. ff. nautę cau. stabu. vbi dicit ꝙ licet tenẽs hospitiũ publicũ teneat recipere oẽs peregrinos: tamẽ eũ excusabit multitudo hospitum. facit tex. in. §. si verò. in auf. de tabelliói. vbi tabellio excusat à cõficiẽdo instrm propter multitudinẽ agendorũ. facit quod no. Bald. in prima cõstitutione. ff. veteris. vbi dicit ꝙ excusatur iudex ferẽs sniam de nocte, si eũ cogit multitudo causarũ facit glo. no. in. l. senatus. in ver. restitueretur. ff. de offi. prœsi. quę vult partẽ restitui in integrũ aduersus instantiã peremptã: qñ hoc induxit multitudo causarũ expediendarũ. & ista dicta allegauit Lud. ro. in. l. si verò. §. de viro. in. xlv. fallentia. ff. sol. mat ¶ Tertiò no. ꝙ constitutio iuris antiqui declaratoria nõ extẽdit ad prętérita re spectu pœnę. qđ multũ no. doc. hîc. quib⁹ adde tex. & ibi Domi. in. c. qm. xlvij. di. & glo. in ver. receperint. in. c. j. de cleri. nõ resi. in. vj. & plenè Imol. in. c. fi. in. xij. col. de consti. & do. Abb. in. c. significasti. in vij. col. de foro cõpe. Limita. nisi pœna cõcerneret delictũ prętéritũ: cui tamẽ per legẽ antiquã non esset satisfactũ. quia pendẽtia delicti vel accessorij sui existẽs tẽpore legis nouæ includetur sub ipsa. ita est tex. valde fin. secũdũ intellectũ magis amicũ literæ. in. c. cũ tu. de vsuris. vt per do. Abb. ibi super gl. in ver. pœnã. in. ij. col. & in. c. pastoralis §. verũ, in prin. de app. pro quo optimè facit tex. in. c. cũ fingul. ver. circa eos. de prębẽn. lib. vj. & in hoc põdera istas gl. videlicet gl. in cle. vt hi qui in ver. in posterũ. de ęta. & qua. & glo. in cle j. in ver. deputatis. de testa. in clem. ij. in verſ. vtetur. de vi. & ho. cle. & in cle. j. in ver. transiuerit. de regula. No. in ver. *hoc etiam.* qđ appellatiõe monialiũ non veniunt monachi. & ita quis aliàs masculinũ cõcipiat fœmininũ. l. ij. ff. de ver. sig. plenè glo. in. c. generali. de elec. in. vj. nõ tñ sic ecõuerso. & est tex. in. l. si ita scriptũ. in prin. ff. de leg. ij. Sed de hac materia dixi plenè. in c. de monialibus. de sen. excõ. Et adde singulare dictum Archi. in. c. si quis suadente. xvij. q. iij. vbi dicit qđ in cõ-
a tractibus[a] masculinũ nõ cõcipit fœmininũ. per. l. veteribus. cũ ibi allegatis. ff. de pactis. vbi verba cõtractuũ strictè interpretantur contrahẽtes. & ita dixit tenere Guidonem de fuza. & cũ ista decisione trãsit Inn. dicẽs se ita in facto cõsuluisse. in. c. potuit. ppe. fi. de loca. & in. l. si ita scriptũ. ff. de leg. ij. vnde inuestitus de emphyteusi p̃ se & filijs: non censet inuestitus p̃ filiabus. & ita expresse firmat Arc. vbi s. de quo etiã exclamat Ro. in. l. ij. in prin. in. viij. col. ff. de ver. obl. dicẽs hoc dictũ fuisse cognitũ soli Bal. in. l. gallus in princi. ff. de libe. & posthu.
5 ¶ †Vltimò no. tex. prima facie, pbantẽ ꝙ monachi & moniales excusentur ab ignorantia iuris. & de monialibus clarũ est: quia idem in alijs mulieribus. vt. l. regula. ff. de iu. & fac. igno. In quo tamen dicit Io. de ana. hîc & bene. ꝙ excusant ipse mulierꝭ solũ in casibus à iure expressis. per. l. fi. cũ sua gl. C. de iur. & fac. igno. Sed in monachis dic secũdũ Host. qđ non excusentur. ¶ Sed cõtrariũ tenet do. Abb. in. c ex multa. in. j. col. de voto. sed posset distingui de mente do. Car. in cle. j. in. xxxix. q. de priuile. vt attendantur p̃babiles cõiecturę: per rationes de
6 quibus ibi. ¶ †In clerico autẽ seculari dic qđ excusatur secũdũ doc. quibus adde gl. in. l. repetita. C. de epis & cleri. & Bart. in. l. j. ad finẽ. C. de iur. & fac. igno, & Imol. in l. miles ita. §. j. ff. de re iudi. per qđ datur vna instãtia ad illã æquiparationẽ quę fit per vulgares de clerico ad militẽ. quã nunc admittas. & intelligas: nisi qñ per omnia
concurrit eadẽ rõ in vtroq; secũdũ do. Abb. sing. in. c. episcopus. de prębẽ. & in. c. j. de cleri. egro. Et in hac materia facias tres cõclusiones. † Prima. Ignorantia iuris re-
7 gulariter neminẽ excusat. glo. & docto. in. c. ij. de consti-
8 tu. & per totũ. ff. & C. de iur. & fac. igno. ¶ †Fallit primò nisi agat de dãno euitando[b] quia in hoc succurrit
b erranti per ignorãtiã iuris. l. iuris ignorantia. & l. error. ff. de iu. & fac. igno. no. Bar. in. l. j. ff. de bo. pos. Exemplũ in emẽte à prælato in casu non permisso. quia in restitutione rei in qua certa de lucro, nõ excusabitur propter ignorantiã iuris secus in restitutione fructuũ industrialiũ. in quibus propter semina & alia succurretur ignorantiæ suæ vt euitet dãnum. vt per Spe. ti. de fructibus & interesse. §. j. & per Ro. in. l. qđ vxor. ff. de acqui. poss.
9 cũ si. ¶ †Secũdò fallit in milite, rustico, & muliere. p. l. regula. ff. de iu. & fac. igno. in muliere tñ dic vt prędixi.
10 si in casib⁹ à iure expressis. ¶ †Tertiò fallit. nisi quis potuerit cõsulere peritiores: quia siue fit psona priuilegiata siue nõ etiã si tractaretur de dãno euitãdo, non excusabitur. ita voluit expresse Bar. in. d. l. j. de bonorũ poss. & Bal. clarè. in. l. iuris. ignorantia. C. qui admitti. vnde dicit Bal. in. l. fi. in prin. in. iij. q. C. de iure delib. qđ mulieri, vel rustico errãti in confectione inuẽtarij nõ succurrit: tũ quia ista sunt inducta ad rigorem iuris. tũ qa potuit consulere peritiores. & ad intellectũ huius fallẽtiæ vide Ro. post Bar. in. l. j. §. denuntiatio. ff. de ope. no-
nun. & Ang. in. l. vbi. in prin. ff. de edẽ. vbi dicunt secus esse, si non potuit cõsulere peritiores. ¶ †Quartò fallit
11 in his quæ sunt inducta ad rigorẽ iuris obseruandũ, vel ad obseruationẽ ordinis iudiciarij. vt est glo. no. xxxvij. di. in summa. aliàs in. c. ignorantia. & j. q. iiij. c. turbatur.
12 §. notandum. & no. Bal. in. d. l. iuris ignorantia. ¶ †Secũda cõclusio. his casibus quibus aliquis excusat ab ignorantia iuris, perdit hoc priuilegiũ: si facit actũ clã. glossest & ibi Bal. in. l. j. C. de interdicto matrimonio. no. Roma. in singulari. 726. pro quo tu allega tex. in. c. cùm inhibitio. de clãdesti. despon. vbi actus per ignorantiã excusabilis, nõ excusatur si occultè fit. Idem dicas si tales personæ faciant actum contrariũ. ita Bal. in. l. scripturæ. C. de fide instrumẽ. allegat Io. an. in. c. inter dilectos. de fide instru. vbi dicit non est simplicitas vbi est contrarietas. ¶ Item limita in rustico sagaci. glo. in. l. athletæ. §. de rustici. ff. de excus. tuto. ¶ Item limita in ignorantia iuris naturalis. gl. in. l. j. & ij. C. in ius voc. ¶ Item limita vt supra dixi in alia conclusione. allegando gloss. in summa. xxxviij distinctio. ¶ Tertia conclusio. Ad euitationem pœnæ, vel alleuiationem quælibet excusat ignorantia iuris quæ non dicitur dolus, sed lata culpa, vt per Bart. in. l. qđ nerua. ff. depositi. vnde consuluit Pet. de ancha.
c consilio. ccclxxxiiij. [c] quod incipit. Videtur prima facie quòd probans se ignorasse de incestu & matrimonio in quo fuberat impedimentũ affinitatis ex copula, excusatur à pœna mortis. ¶ Item adde Imo. post domi. Ant. latè. in. c. ij. in vltima col. de constitutio. & Bal. in. l. quicũque. in pe. col. C. de seruis fugiti. & in. l. j. §. fin. ff. de eden. & Imol. in. l. ex consensu. §. eum qui. in penult. char. ff. de appel. vbi plenè de materia. Et adde ꝙ ignorantia iuris rarò frequentati excusat. ita voluit Pet. de anch. in. c. vbi periculum. in fi. de elec. in. vj. per quod videretur ꝙ moniales cõtrauenientes textui nostro, excusarentur: quãdo non fieret publicatio. prout hîc. quod est mirabile. nisi dicas quòd istud inductum fuerit antè quàm ista decreta. insererentur in corpore iuris. cogita bene. ¶ In glo. ibi: *§. non est.* non obstat. c. discipulos. de consẽ. dist. v. &. c. iij. de furtis: quia secundum do. Abb. reprobando solutiones domi. Anton. quædam sunt mala, & perpetuò mala. vt adulterium. quod nunquam reperitur licitum. & in istis procedit glo. s. hîc. quædam sunt mala aliquando permissa: quia mala & in istis procedit contra

a ¶In contractibus, Adde Alex. i cõsi. lxxj. col. j. in primo. vol. & in consi. xj. col. viij. verſ. præterea, tertio vo. Pe. de anc. in cõsi. cccxxxix. inci. ꝙ maior ratio. Ro. in cõs. xxxv. & in dictis locis qđ masculinũ nõ cõprehendit fœmininũ in cõtractibꝰ. & idẽ tenet Alex. in cõsi. j. col. iiij. ver. nũc videdũ. & vide eũdẽ in col. vj. verſ. per prædicta. in. d. cõs. in qnto vol. & per eũdẽ in cõsi. cxxv. col. j. in eo. vol. Et quãdo masculinũ concipiat fœminium. vide latè per Ale. in. l. sed si hac §. liberos. ff. de in ius voc. & ibi plenè addita. & maximè p̃ Cur. q dicit quod sæpius cõsuluit quo d in contractibus masculinũ concipit fœminum.

b ¶De dãno euitando, Adde Frã. arc. in cõs. xxxiij. colũ. v. verſi. sed dubiũ. & ẽt adde ꝙ ignorãtia iuris obscuri excusat. vt plenè habes per eũdẽ Feli. in. c. j. co. vij. ver. hinc oẽ ꝙ excusat, §. de re iudi.

c ¶Cclxxxiiij. Adde tu ꝙ est nu. 392.

riũ,quia tempore neceſſitatis omnia ſunt cõmunia .c. quoniam.xlvij.diſtinct.vnde neceſſitate famis capiens alienum pro ſuſtentatione:dicitur potius capere cõmune.ió nõ eſt furtum.¶ Adde glo.ſing.in. c.ius gentium. j.diſt.quæ dicit † quod poſſum furari rem meam[a] apud alium conſtitutam:quando non ſpero per viã iuris eum conuincere.no.Inno.in.c.olim.el.primò de reſtitu.ſpoliato & adde gloſſ.in.l.ij.§.cùm in eadem.ff.ad.l.rho. de iac.per quam dicit ibi Ange.ꝙ ſtipendiarij in bello licito licitè deprædantur pro victu.facit glo.in.c.omnes leges in verſi.fas eſt.j.diſt.quę dicit ꝙ licitum eſt comedere vuas in agro alieno,ſed nõ aſportare & vide Bald. in l.fi.in.ij.col.C.ſi cõtra ius vel vti.pu.cuius dicta probãt diſtinctionẽ.do.Abb.hîc.maximè dum dicit ꝙ ſtatutũ permittẽs bãnitũ impunè offendi:nõ cẽſetur permittere mulierẽ bannitã offendi,& impunè adulterari: quia illud nunquam cẽſetur licitũ.Secus in homicidio.quod certis caſibus eſt licitũ.per multa iura ciuilia.quorũ exe cutor nõ dicitur reus homicidij:vt in.c.iudex.c.qui malos.&.c.cũ miniſter cùm multis alijs.xxiij.q.v . In eadẽ glo.in fin.dic vt dictũ fuit in.c.non ſatis.ſ.eo . quia per viam ſimplicis proteſtationis,non pacti licitè aliquid exigũt:& hodierna conſuetudo monialiũ excuſat prîò propterilaudabilem conſuetudinem introductã antiquitus:& vniuerſaliter per viam ſimplicis oblatiõis:cui lex non reſiſtit.vnde põt deduci etiam in pactum obſeruantia talis cõſuetudinis ratione principij:quod præſumit fuiſſe bonum.propter rationem ſequẽtẽ facit.c.ad apoſtolicã.eo.vbi conſuetudo inducit ꝙ non inducit pactũ frequentatũ.¶ Secũda ratio.propter expreſſam tolerantiam papę & eccleſiæ vniuerſalis:quæ operatur tacitam diſpenſationem.per.c.quod dilectio . & ibi dixi. de conſan.& affinitate.¶ Tertia ratio.quia conſuetudo eſt optima legũ interpres.vt.c.cũ dilectus de conſue.facit qđ voluit gl.fin.in.c.j.de treu.& pace & text.in. c. in §.leges.iiij.di.¶ Et ad prædicta de neceſſitate.dõ dicit ꝙ adulterium nunq̃ fuit licitum.ſupple poſt præcepta decalogi.ſecus prius per tex.cùm gloſſ.in.c. dixit Sara. xxxij.q.iiij.de quo in.c.gaudemus.in tex.de diuor.¶ Itẽ ad intellectũ gl.de monialibus.vide extrauagantem Vbani quinti.q̃ incipit ne in vnica.per quã videnẽ deſtrui omnia prędicta.ſed reperio archiepiſcopũ Florentinũ in ſumma.de cẽſuris.vbi firmat ꝙ ipſe vrbanus ex poſt declarauit illam extrauagantem non extendi ad moniales. ¶ In glo.ibi:*credo quòd hodie*.dic ſecũdũ doc.ꝙ imò addenditur modus agendi.per.c.dilectus.nõ obſtãte . c. inquiſitionis.vbi in ſimonia hoc nõ attenditur:quia ꝓcedit in ſimonia circa ordinẽ vel beneficiũ.quod nõ eſt hîc:quia eſt propter ingreſſum.nec teneas glo.dum reputat depoſitionem hanc detruſionem:quia illud procedere poſſet in moniali.propter incapacitatem ordinis,vel in monacho,vel clerico ſecũdũ doc.hîc. quibus non obſtat in eo quod dicit in auf.diaconiſſa.C.de epi. & cle.& ca.diaconiſſam.xxvij.q.j.quia reſpõdet Pau.de leaza.in cõmẽto.c.ſi celebrat.in.vij.col.de cleri.excõ.miniſtran.qđ non dicitur propriè habere ordinẽ:ſed quãdã bñdictionẽ:per quã ceſſante charactere cõſequit̃ poteſtatẽ miniſtrandi in diuinis officijs.ex quo infertur ꝙ etiam in ipſa moniali cadit pœna violantium interdictum.vt eleganter per Pau.vbi.ſ.

a ¶ Rẽ meam. Adde Ale.in cõſ.cxxxv. in primo vo.quod conſiliũ habẽs etiã inter conſi. Cepo. cõſ.xxvj.& intellige quod nõ ſolũ rẽ meã,ſed etiã equalẽtẽ furari poſſum:ſi meã habere non poſſum.ita Inno.in.d.c.cũ olim. per.c.Dominꝰ noſter. xxiij. q. ij. & dicit Ale. in loco prælegato,

b ¶ Conſciẽtiæ. Adde Areti.in conſil. cxlviij,colũ. fina;

c ¶ Xlij. Adde quod eſt in conſil. xlvij,

d ¶ Foro conſcientiæ. Quãdo pœna ſit extinguibilis,& debeat in foro cõſcientiæ ,vide per Alexã.de Imo ,in cõſi.cix. col.fin.in quinto volu,

¶ CAP. XLI.

d cip.non videtur expediens.dicẽs qđ principes ſeculares, vel cõmunitates terrarũ licitè tollerant iudæos exercentes vſuras. Et valent eorũ decreta:quibus cogant ſubditos ad ſoluendas vſuras.& habeant iudicẽ miniſtrantem eis iuſtitiã cõtra chriſtianos.quia per hoc nõ inducitur approbatio vſurarũ. quia ſi ea approbarent,fruſtra inuocarent iudęos.Et chriſtiani ſoluentes vſuras excuſantur à peccato.vt plenè ſcribũt omnes in ca.ſuper eo. de vſuris.vnde rõne boni publici ſuſtinent huiuſmodi decreta,& cõceſſiones.Sed aduerte.quia cõtra prędicta determinat Do.in. d.c.j.in fi.de vſuris in col.vj. dicẽs illũ text.extendi etiam ad locãtes domos iudęis fœneraturis quia eſt etiã alia rõ prohibitiua ex illo tex.ſ. depauperatio ſoluentiũ vſuras: quibus ſi deficerent fœneratores ſæpius abſtinent.vñ ſufficit remanere vnã rationẽ:iuxta doctrinã glo.in.c.cupientes.in prin.in ver.malignantiũ.de ele.in.vj.in.l.j.§.ſtichũ.ff.de poſtu.&.§.affinitatis. inſti.de nupt. maximè quia lex canonica ſimpliciter loquens,ſemper ligat iudæos in materia ipſis proportionabili.vt ſingulariter probat gloſ.in ver. cenſurã.in cle. j.de vſuris.Et notat Archi.ſuper glo.in.c.quo iure.viij. di.Et dicã.in.c.ſequenti.& pro opin. iſta Do.eſt elegans conſi.d.Pet.de anc,cõſi.ccxxxviij. e qđ incipit. Chriſtianiſsimi & illuſtriſsi.principes.vbi deductis multis rõnibus quę ſuadẽt nõ eſſe improbabile.& ꝙ principes priui d legient iud.ſup exactionib9 vſurarum. finaliter concludit ꝙ iſtud nõ pertinet ad principes ſeculares: cuiuſcunque ſint dignitatis,quia reſiſtit expreſsè lex canonica.in c.poſt miſerabilem.de vſuris.contra quã inferiori à papa nõ eſt data poteſtas diſpenſandi:maximè laicis. ¶ Et quia iſta rõ nimiũ ſtringitur : quãuis Moderni vt Barbatias,conſulentes per vias longas ; probent contrariũ. tñ credo iſtud verius, videlicet ꝙ chriſtiani poſſunt locare domos iudęis:vt exerceant fœnus:nec vẽdere propter glo.in verſi.ad fœnus,in.d.c.j.de vſur.in.vj. quã ſequũtur doc.Et aliter faciẽtes incurrũt pœnam dicti.c.j. Item ꝙ chriſtia.à quibus extorquẽtur vſurę poſſent de rigore iuris per cõdict.indebiti eas repetere,vel condi-
e ctione ex canone poſt miſerabilẽ.de vſuris.ſed bene fateor.ꝙ nõ exercentibus fœnus locari & vendi non prohibentur.& ſic procedunt quæ dixi in principio. Conſilium eſt ergo vt obtineatur cõfirmatio apoſtolica.Et ita tenet Ioan.de ana.in.d.c.poſt miſerabilem.

¶ Rigor.Adde.d. Bart.ſozi.in conſi. xxxij.col.pe. verſi. tertiò hanc.in prima parte.

¶ Contra Chriſt. Adde Ludo.ro.in ſuo ſingu. lxxxiij. Ioã.de imol,in.l.ſi fur.§.j.ff.de vſucapio.Mod.in rubr. ff.de iuſtiti, & iure col.ij.in princ.

¶ Cõſil. cccl.xxvj Adde qđ eſt in cõſil.cccxciij.ſecũdũ nouiſsimã impreſſionem.in nouis.

¶ Cxxviij. Adde quod eſt numꝰ ccxliij.

✣ SVMMARIVM. ✣

1 *Statutum fuit in concilio baſilienſi: vt iudæi facti chriſtiani poſſent retinere bona vndecunque acquiſita: dũmodò commodè viuere poſſent.*

2 *Filius iudæi conuersus, potest petere legitimã viuente patre.*
3 *Prohibitus relinquere collegio: an & quando possit relinquere singulis de collegio?*
4 *Statuta quæ excludunt fœminas extantibus masculis: an extendantur ad iudæos?*
5 *Iudæi an legentur legibus canonicis?*
6 *Iudæi an habeant filios in potestate?*

¶ CAP. V.

a ¶ Vsuris, q̃ iudeus effectus christian⁹ non retineat bona quæsita ex vsuris. per Alex. in consi. cxciiij,col.pe.ver. ij.nũ deo.in,iiij.vo,

IVdæi. El.ij. Excõicari debẽt christ. fernientes iudeis. hoc primõ Idem in principib. secularibus qui iudẽ. baptizatos bonis vel iuribus suis spoliari permittũt. Not. principaliter. & vide quæ dicam j.eo. c.ad hęc. Not. ex §. *si qui*. q̃ iudæi conuersi ad fidẽ retinent bona. cõtra opi. vulgarem. Sed illa orta est ex eo qđ dicit hîc glo. in verſic. *à possessionibus*. quia
a eorũ bona vt plurimũ sunt ex vsuris [a] quas tenentur restituere: nec aboletur tale delictũ per baptismũ. ꝓpter obligationẽ quæsitã homini: regula peccatum. lib. vj. & ita glo. in. c. deinde. xxvj. dist. Et hoc est quod multos retrahit à conuersione. Vnde dixit. d. Maria. in. c. de his. in vj. col. de accu. q̃ vtile esset statuere: vt nõ tenerẽtur: ad
1 restitutionẽ. † Imò audi statutũ fuisse in cõcilio basiliẽ si q̃ possint retinet bona vndecunq̃ acquisita quæ sibi
b ¶ Tutor christia, Vide tu Bar. in ru. ff. de iustit. & iur. q̃ dicit hoc verũ de iure ãtiquo, sed de iure nouo nõ põt ex quo tenetur iurare per sanctã eccliã gelia, vt authẽt. ij. qui se oblig, habe, per hi. res mi. §. fi. & dicit do. Barto. foz, in cõsi. lxx. cosi. & vide eundem Fel. in. c. cũ sit col. ij. j. eod.
commodè ad viuendũ sufficiant. & pondera istum tex. ibi. *melioris*. per quẽ dicunt Hosti. & oẽs doct. q̃ omnis ingratitudo quam conuersus commisisset erga patrem, aboletur per conuersionem. quod nota. sed mirum est q̃ alleget text. in. c. non liceat. xix. qõ. vlti. vbi hoc probatur à fortiori: quia si filio christiani per ingressum religionis aboletur oĩs ingratitudo: fortius iudæo cõuerso. quia (vt patet) opus suum est multò digni⁹. ¶ Et per istum tex. in eod. ver. determinat hîc. Io. de ana. † q̃ talis filius conuersus põt petere legitimã in bonis patris viuentis: quãuis regulariter secus. l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bo. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffi. test. not. Ancha. & Io. de ana. in. c. raynutius. de testa. mouetur per. l.
2 cognouimus. C. de hęreti. vbi pater infidelis tenetur re-
c ¶ Legẽ suã de hoc vide per nouis. in l, qui se patris. col. v. circa mediũ. C, vnde libe.
linquere filio fideli: perinde ac si non mutasse sectam & subijcit tex. nedũ in morte, sed etiã in vita. vñ filiã dotabit. ex quo infert *Sal.* ibi cõtra iudẽ denegantẽ alimenta filio christ. allegat etiã Bald. post glo. in. l. mater. C. de iure do. vbi mater iudæa tenetur dotare filiã cõuersam aliãs dicit se nõ vendere qũo talis conuersus esset melioris conditionis: prout requirit hîc tex. & istud not. quia nõ est alibi scriptũ: sed nõ probatur sufficiẽter: quia lex cognouimus. nõ dicit q̃ filio vel filię fideli debeatur ali quid in vita parentũ: qđ etiã nõ deberetur ante conuersionem. Et iste tex. euitaretur ostendendo alios fauores in quibus conuersus petens hæreditatẽ paternam iuua retur: qđ de facili inueniretur non violando regulã cõmunẽ. de qua in. d. §. si impuberi. Et istis adde glos. in. c. si qui filij. xxx. dist. quę dicit q̃ filius conuersus si põt, tenetur alere patrem infidelẽ indigentẽ. de quo dicã j. eod. In glo. j. ibi. *quod spirituales*. supple & ecclesiasticus. quia habili laico est permissum per text. in. c. ij. de hæreti. in. vj. in prin. de qua vide beatũ Tho. ij. ij. qõ. x. arti. vij. glo. in l. nemo põt. C. de summa trini. in. c. quis nesciat. ix. di. in capitulo. nos. ad finem. in glos. ij. & in. c. satis euidenter. in glos. fina. xcvj. dist. ¶ In glos. magna ibi. *sanè profertur*. not. quia sing. est q̃ nõ solum collegio iudeorũ per christianum aliquid relinqui nõ põt: sed nec etiã singulari iudeo. & istã glo. sequitur Ang. in. l. j. de iudeis di
3 cens idem sentire glo. in. c. sanè profertur. alleg. in glos. hîc. ¶ Non obstat. l. cũ senatus. ff. de reb. dub. † vbi prohibitus relinquere collegio: põt relinquere singulis de collegio: quia procedit in collegio non reprobato rõne sectæ. Idem tenet Cyn. in. l. j. in. ij. oppo. C. de sacrosanc. eccl. est verũ qđ contrariũ tenet glo. in. l. j. C. de iud. & in d. l. j. de sacrosanct. eccle. & ibi Iaco. but. Bart. & Bald. & Sali. in. iiij. col. dicens qđ secta hæretico. bene est dãnata per. l. manichęos. C. de hęre. sed nõ secta iudeorũ. quia colũt legem mosaicã. Idem Bart. in. l. cũ senatus. ff. de rebus dub. dicens esse tex. in. l. spadonem. §. iam aũt. ff. de ex
b cu. tut. vbi iudæ. põt esse tutor christiani. [b] Et ita nõ videtur secta reprobata. sed tñ opi. glo. hîc facilius sustineretur per tex. in. c. nõne. viij. q. j. iũcto eo quod not. Old. consi. lj. & dixi. s. in rub. scilicet q̃ secta iudæorũ dicatur cæteris abominabilior. Ad. §. iam aũt tñde vt dicã in. §. vltij. eo. ¶ In glo. fi. doct. approbant ipsam. adducentes in simili glo. in. c. scripsit. xxvij. q. & in. c. ea quæ. in verſicu. delectu. de statu. monast. in. c. j. de purg. ca. vbi dux, marchio, comes, & nobiles perdũt ista per ingressum relig. Idẽ dicit Host. in feudo. per. c. j. de mili. vasal. qui bellica arma deposuit. de hoc p Bal. ibi. & in. d. l. Deo nobis. C. de Epis. & cle. & in. l. data opera. C. qui accu. nõ possunt in. xiij. col. Extra glo. facit tex. ad. q. notabilẽ. vtrũ iudæi in successionibus ab intestato teneãtur seruare legẽ mosaicam. An verò legẽ ciuilem. inter quas in pluribus est
c differentia. nã vt numeri. xxvij. c. incip. acceſſerunt extã tibus masculis fœmine nõ succedũt. qđ est contra regulam iuris ciulis. in. l. maximũ vitium. C. de liber. pręte. Et veritas est q̃ seruare debẽt legem suã [c] quia illa derogat legi cõi ciuili: sicut statuta ciuiũ. l. omnes populi. ff. de iusti. & iu. &. l. de quibus. ff. de legi. sicut species generi. regula generi. lib. vj. & ita per multas alias rationes cõcludit Cald. tit. de testa. consi. xxx. incip. An si iudęus. & d. Floria. in. d. l. maximũ vitiũ. referens se ita consuluisse cũ Pet. de ancha. Raph. Fulgosio. & Gaspar. de Cald. in quadã causa. xxx. miliũ ducatorũ. Et bene facit qđ not. Cald. tit. de constitu. consi. x. incip. Lex mosaica. vbi generaliter tenet q̃ qñ lex mosaica non est reprobata quò ad ipsos iudæos: prętulet legi ciui. & facit quod no. Cal. tit. de consuetu. consi. ij. dicens valere cõsuetud. q̃ stetur testamento iudei scripto literis hebraicis. Et istud puto verius quãuis Ioã. de ana. hîc aliter dicat. per rõnes non
4 vrgentes. ¶ † Subdit tñ hîc Io. de ana. vnũ not. q̃ statu-
d ta quę excludunt fœminas [d] extantibus masculis: extanti duntur ad iudęos. de quo nõ dubito: si vera sunt prædicta. Sed quòd generaliter ligentur statutis municipalibus. In materia proportionabili. sensit Bald. in. l. spado. §. iam aũt. ff. de excu. tuto. dum dixit q̃ immunitas concessa habitatoribus alicuius loci: extenditur ad iudẽ. Idẽ dixit q̃ in. c. j. de noua forma fidelitatis. & in. l. iij. §. hæc verba. ff. de nego. gestis per tex. quem multũ not. in aut. de quæst. in prin. sed melius facit glo. prima quã ibi not. Do. in. c. ius quiritum. l. distinct. Et vide Bar. in. l. j. ff. ad l. iuliam maiestatis. vbi tangit an securitas concessa sosocijs mercatoribus, prosit iudæo socio [e] & nõ decidit.
e Sed Ang. ibi. & in. l. vtimur. ff. de sepul. vio. dicit q̃ sic re
5 ferens ita fuisse iudicatũ Perusij. ¶ † Et de hac materia vtrũ iudæi astringantur legibus canonicis. vide Ioã. an. in cap. qđ super his de voto & ibi omnino do. Anto. in iij. col. & Do. in. c. multi. in. iij. col. ij. q. j. & glo. fi. in. c. cõ stituit. xvij. q. iiij. & . c. sępe in glo. magn. xxviij. q. j. & latẽ Do. in. l. nulla. liiij. distin. Et Arch. in. c. si quis suaden te. xvij. q. iiij. & Imo. post glo. & alios. in. c. j. de constitu.
f cõmuniter tenetur q̃ no ligantur lege canonica [f] in spiritualibus. quia non curatur de eorũ anima. hoc probatur in. c. gaudemus. de diuor. & in. c. de infidelibus. de cõsang. & affi. in alijs aũt ligantur lege canonica. nisi sit casus decisus in lege sua: & non reprobatur quò ad eos de iure nostro. ¶ Quid autem in cathecumino? dic q̃ om
6 nino ligatur. per text. quem not. ibi Domi. in. c. audite. xxiiij. dist. & istis adde Io. and. in. c. gaudemus. de diuor. & ibi latè do. Iac. in. v. col. ¶ † Et ista inducuntur vtilia vtrum iu-

a vtrum iudęi habeant filios in potestate [a] in quo Arch. tenet q̃ nõ in. c. qui syncera. xlvj. dist. quia illi habent filios in potestate qui contrahũt iustas nupt. Item qui in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Sed matrimonia iudæorum nõ videntur ex iustis nuptijs: quia declinant à ritibus christianis. d. c. gaudemus ergo &c. ¶ Secũdò. quia ille qui est in potestate alterius: nõ habet aliũ in potestate sua. l. sic eueniet. ff. de adul. & iudæi sunt in potestate christianorũ. ꝛ. & si iudæos j. eo. &. c. dispar. xxiij. q. iij. ergo &c. Et ita per hanc rõnem dicens eam insolubilem: transit Roma. in. l. multũ. in. ij. col. ff. de verb. oblig. sed contrariũ tenẽt Io. & do. Anto. & do. Abb. in c. ij. per illum tex. de cõuer. infide. Bal. & Pet. de anch. in d. l. qui in potestate. qui tale ius patrię potestatis est penes omnes roma. imperio subiectos. d. l. Itẽ. & tales sunt iudęi. l. iudęi. C. de iudęis. ergo &c. Itẽ quia priuatio prę supponit habitum. Sed per conuersationem ad fidẽ per ditur illa patria potestas. gl. singula. in. c. iudęorũ. xxviij. qõ. j. ergo &c. non obstat. l. sic eueniet. quia rñde vt in simili per Spec. in tit. de stat. mona. §. j. verſi. xij. dũ dicit q̃ pater monach. habet filios in potestate: quãuis sit in potestate abb. quia lex sic eueniet, loquitur propriè de ptã te patria: ũ q̃s haberet supra se nõ de alia: aliãs ciues qui sunt in potestate principis, nõ haberent filios in ptãte. secundũ eum. illud aũt qđ dixit glo. in. d. c. iudæorũ. limita. nisi esset vtile filio retinere patriã potestatẽ, per id q̃ in simili dicit Bal. in. l. Deo nobis. C. de epi. & cl. & Pau. de cast. in. l. quę sub cõditione. ff. de libe. & postu. dũ dicunt q̃ filius factus monachus non perdit patriam potestatem: vbi hoc esset dãnosum monasterio Nõ obstat prima ratio Arch. suprà. quia est contra tex. in. c. de infidelibus. de consang. & affini. cum si.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia alterat pœnas in numero propter immunitatẽ dilecti.*
2 *Arma quæ dicantur?*

¶ CAP. VI.

1 TIta quorũdam. ¶ Christia. ferẽtes mer ces saracenis, vel in ipsorũ nauibus naui gantes, excõicati sunt à iure. & etiam ex cõmunicãtur ab homine, & rebus priuã tur, & capientium fiunt serui. ¶ † No. q̃ propter immanitatem delicti ecclesi. alterat pœnas in numero: licet regulariter secus. vt in. c. at si clerici. §. de adulte. de iudi. facit dictũ Inno. in. c. j. de constitu. facit tex. in. c. fœlicis. ad finẽ. de pœnis. in. vj. nec mirum si etiã in bonis temporalibus & in libertate ecclesia punit: quia fit vt euitetur cõuersatio. & cũ illa doctrina Ioan. an. ibi dicentis se defendisse prælatũ, quia opponens sibi illud crimẽ non dixit christianũ: qđ etiã sequuntur scribentes ibi. tenet Bald. in. l. si quis non dicã. in. iiij. colũ. C. de episcop. & cleri. Et Per. de anch. sępe in consilijs suis. facit glo. in ver. christ. in. c. Frigentius. xvij. q. vj. Et quod no. glo. in ca. j. in ver. absq̃ pecunia. de statu. mona. in. vj. & qđ in simili scribit Bal. in. l. scripturas. per tex. ibi. virorum. C. qui potio. in pigno. habeantur. Et qđ not. Bar. in. l. j. ff. de duobus reis Ange. & Imo. in. l. ff. quẽ admodũ testa. ape. Cõsidera tñ quia si vera est opinio glo. in. c. rebaptizare, de consecra. distinctio. iiij. & in capitulo si apes. in verſi. innnocentes xxiiij. q. iiij. q̃ interficiens iudęum magis peccet q̃ christi. interficiẽs: non apparet ratio quare. d. c. j. nõ possit extẽdi. Nec mirũ si posuit verbũ christ. quia lex prouidet ad cõmuniter accidentia. l. nã ad ea. ff. de legi. Et not. glos. & ibi do. Ant. in cle. j. in verbo eligatur. de elect. glo. & Ant. in. l. j. C. de rap. virgi. vbi extenditur etiã pœna illa ad mulieres capientes adolescentes. in. l. j. C. de rap. virg. & Ioan. an. in titul. de locato. §. j. in fi. ¶ Vltimò vtrũ iste text. faciat contra christianũ deferentem talia hostibus christianis. vide tex. & ibi Bald. in. l. ij. C. quæ res expor. possunt. vbi bona cõfiscantur: & traditur morti tanquã proditor sui dñi. qđ dicit ibi Bal. fuisse seruatum Florẽtię. & vide text. in. l. fin. C. de pœnis. vbi idem dicitur in eo qui docet cõstructionem nauiũ. & sic qũo fiant. Et eodẽ modo punitur portans liquamina hostibus. puta oleum, vel vnũ: etiam causa gustus. l. j. C. quæ res exportari possunt. per quã dicit ibi Bal. no. q̃ prohibitus portare extra territoriũ: nõ põt portare etiam causa gustus. Et vide qđ not. Inno. in rubr. de obserua. ieiu. per quod patet q̃ istud intelligitur secundũ subiectã. materiam: quia Inno. dixit q̃ ieiunans non frangit ieiuniũ si bibit vinum causa gustus. quia ideò in primo casu prohibetur qñ posset esse qđ daretur causa irruẽdi in terrischri
2 stianorum, & similibus. ¶ In gloss. ij. in fine. ¶ † Not. quæ dicantur arma. & vide not. doctrimã Car. in cle. ne in agro. §. ne pręsatę. in. v. q. de stat. mo. dicentis q̃ in illo text. & in alia materia attendi debet cõis vsus loquendi
b dicas tñ qđ in statutis [b] in quib⁹ verba strictè capiuntur nõ veniunt fustes, & lapides. scdm Ang. fing. in. l. fipig. §. furẽ. ff. de vsur. quẽ sequitur Ro. in. l. j. §. occisorũ. ff. ad ille. Considera tñ q̃ lex armorũ. allegat. in glo. dicit continentur. Et istud verbũ denotat fictam significatiõem Bart. in. l. j. ff. de verbo. signifi. & . l. cũ duos. ff. de lega. iij. ergo &c. Et dicas q̃ etiam apta ad solã defensionem: dicunt arma in statutis. puta torax, lorica, & similia secundum Pet. de ancha. in. c. j. in penul. char. de consti. & notat Albe. in. ij. parte statu. qõ. cxxvij. idem dicã in balota plumbea, vel claua ferrea. l. armatas. ff. ad legẽ iuliam. de vi publica. ¶ Idem in tabulatis. secundũ Bart. in. l. pediculis. §. argento. ff. de auro & argen. leg. Secus dicas in cul
c tello paruo. [c] secũdum glo. in aut. de armis. §. fi. & bonus tex. in. c. lator. & ibi Ioan. de ana. de homi. not. Bart. in. l. j. ff. ad. l. iul. de vi publi. & do. Abb. in. c. clerici. el. j. de vi. & ho. cleric. secus etiam in percutiente cum dentib⁹. secundum Bart. in consi. incipiente. statuto cauetur. & videj. in fi. ¶ In glo. in ver. *priuationem*. aliãs aũt cessante crimine Papa non punit laicum in bonis tẽporalibus. Imò singulariter dixit Innoc. in. c. inquisitioni. de sen. excõ. q̃ laicus nõ tenetur obedire papæ præcipientia aliquid sine cã pręiudicans bonis temporalibus. Et idem etiam in clerico quò ad bona patrimonialia. dixit singulariter. d. Abb. in. c. constitutus. in. iij. col. post Hosti. ibi de relig. domi. ¶ In glo. fin. in fi. cũ ista glosſ. concordant omnes doct. maximè Hosti. per plures rationes. rñdendo contrarijs. vt hîc per eos. quibus adde tex. in. c. j. cũ gl. penu. quod metus causa lib. vj. & in cle. j. de vsu. & in. c. capitulum. & ibi Imo. & do. Abb. de rescrip. & Imol. in. c. qđ in dubijs. & de renun. & glo. & doc. in. c. ex parte. de offic. ordi. & in. c. cũ pro cã. de senten. excõ. De modo aũt et forma absolutionũ distingue, vt per Cardi. in cle. gratuis de senten. excõ. & plenius per Pe. de anch. in vlti. not. Et clarè per do. Abb. in. d. c. cũ pro causa. vbi aliãs dixi. & in istis infert Ioã. and, in Specul. tit, de accusato. §. sequitur verſic. & quid si bannitus. & . d. Anto. in. d. cũ pro causa. & Bald. in. l. nihil. C. de ma. vindic. & Bar. & Imo. & Ro. plenè in. l. de pupil. §. si pluribus. ff. de ope. no. nũ. Et Sali. in. l. si seruus. C. de qõ. q̃ bannitus ad tempus, iterũ bannitus potest pendente tempore primi banni. Sed pulchrè dubitarur vltra scribentes: quando incipit tempus secũ di banni. Et idẽ in secunda suspen. ad tps in quo Bart. di
d cit q̃ finito primo tempore: in. l. fin. [d] ff. ad turpillianũ. Sed contrarium est verũ secundum glo. in tertio sequenti. & ibi doc. in cle. ij. de magistris. Et plenè Imo. post Io. and. in. c. cũ in cunctis. in fi. de elec. no. Ioan. and. in addi. Spe. in rub. de cleri. non resi. in. ij. qõ. Et Domi. in. c. eos. in. j. col. de tempo. ordi. in. vj. & Old. consi. ij. & Albe. in secunda parte statut. q. clxvj. & glo. in ver. temporalem

a ¶ Filios in potesta te. Adde Alex. de imol. in consi. lxxj. in. ij. col. in. ij. vol, & ibi plenè. & per Bar. soz. in. d. consi. lxij, & consi. lxx, §. allegatis.

b ¶ In statutis. Vide Alex. consi. iiij. in iiij. volu.

c ¶ In cultello paruo, de hoc q̃ Aret. in cõsi. lxxx. colũ. iij. & seq.

d ¶ In. l. fi. Adde qđ est in. l. senatusc. §. fina. ff. ad turpil. & ibi vide additio.

in.l.ij. C.de tempo.appellat.q.ij.pœnę reſtringuntur in dubio.in.c.pœnæ.de pę.diſtin.j.regula odia.lib.vj.& regula in pœnis.& per hanc rationem infero contra gloſ. hîc ad vnam illationem:ad quã doc.non aduertũt.quòd effectus ſecundæ excõicatiõis incipiet tẽpore quo infertur: quia in excõmunicatione ſumitur ea interpretatio ſecundũ quã magis operatur.c.ſi quẽ.de ſenten.excom. niſi dicas ꝙ imò benignius interpretetur. per ea quæ dixi in ca.ſicut tuis.de ſimo.& preceptũ ſub pœna excõic. in dubio intelligitur ferendæ, & non latæ.ad.c.ſi quem. reſpõde vt ibi dixi poſt Imo.in capitu .j.de loca. & hoc modo poteſt ſuſtinere glo.hîc.Et iſta vltima dicta limita vt nõ procedant.qñ ſi ſecundum tẽpus concurreret pariter cũ primo:eſſet dãnoſum. Ita voluit Bald.in.l.ſi. per illum tex.C.de repu. hæredi. dicens ꝙ ſecunda dilatio conceſſa cruce ſignatis pendente prima cõuentionali, non incipit currere:niſi prima finita.ꝙ not.quia facit ſi princeps cõcedit ruſtico immunitatẽ per annum propter grandinem: ꝙ ſi pendente anno iterũ ille impetrat immunitatem propter domũ combuſtã.ꝙ annus datus ſecundo, incipiat elapſo primo anno. ¶ Et de hac materia vide etiã per Bal.& Ro.in.l.ſi.C.qui admit.& in.c.ſi. in.viij.col.de conſue.per Pet.de anch.conſ. cccxc. & per Imo.in.l.Lucius.§.impuberé.ff.de le.ij.Item dũ tetigi de armis. ¶ Adde etiã glo.in.§.armorum. inſtit.de interdi. glo.penul.in.c. perfodiens.de homi.Hoſti. in ſumma de reſtit.ſpol.§.j. in pen.col.ver.arma autem ſunt.& glo.in rubr.C.de fabricenſibus.lib.x.& do.Mari.in repe.c.qua liter.el.ij.q.xj.articu.xlvj.de accuſa.

a ¶ Reficiẽs In quo differãt facere, & reficere, vide per Alex.in conſ.cxc iij.in.ſ.vo.& adde ãn ſtatutũ loquẽs in faciente:habeat locũ in reficiente: & dic.vt plenè per Alex.in conſil.cix col.iij.ſ.ad quintũ in.iij.vol.

b ¶ Vñ dixit bar.ꝙ ſolennitas requiſita in confeſſione actus regẽ in eius refectiõe.

¶ CAP. VII.

COnſuluit. Not.ꝙ paria ſunt facere de nouo, vel reficere in forma noua. quia addendo aliquid vni ſubiecto, mutatur eius natura. vnde dicit glo.in.c.propoſuiſti.in verſi.ſanguinem.lxxxij.diſt.& in.c.admonere.circa med.in verſ.carnem.xxxiij.q.ij.ꝙ qui põt comedere caſeum & oua: põt etiam comedere ſanguinem, non tñ carnes. quia ſanguis cùm eis coagulatus mutat naturã ſuã. ſecundũ.d.Abb.& Ana.hîc.pro quibus clarius facit.c.ſtatutũ.de electione. in.vj. ¶ Secũdò not. † ꝙ reficiens[a] nõ dicitur de nouo facere.& optimè facit text.in.l.proponebatur.ff. de iudic. vbi text.dicit ꝙ nauis ſæpe refecta dicitur eadem:etiã ſi de prima materia nihil amplius extet. & per iſtum text. decidũtur multa. vt patet ex his quę habentur per gloſſ. in ver.creatũ.in cle.ſi.de reſcrip.& in.c.j.in ver.domum de rel.do.in.vj.& in.c.per tuas.in ver.de nouo.de dona. & in.c.cũ acceſſiſſet.in glo.ſi.de conſtit.& glo.fing.in.c. vt officium.in ver.ad præmiſſa.in ſi.de hæreti.in.vj.no. gl.& Bal.& Ange.in.l.j.§.ædificare.ff.de mortuo inferẽ do.dicentes ꝙ prohibitio de non ędificandis nouis domibus non comprehendit refectionẽ. Sed aduerte. quia oportet iſta & ſimilia intelligere:qñ refectio eſt circa id in quo nõ eſt funditus ruina, vel extirpatio: ſed vbi hæc eſſent:requireretur eadẽ ſolennitas in eorũ renouatione quę in conſtructione de nouo ita voluit glo.not.in.c.de monach.xviij.q.ij.& glo.magna circa medi.in.c.iij.de iurepat.& eã ſequuntur ibi do.Anto.&.d.Abb.vnde dixit Bart. [b] in.l.nuptię.ff.de ritu nuptiarũ.ꝙ ad refectionem inſtrumenti perditi requiritur preſentia vtriuſq; partis ſicut in confectione ſecũdũ do.Ant.in.c.iij.ẽ.eo.in.c.iij. de iure patro.notat Bart.in.l.inter ſtipulantem.§.ſacram ff.de verborum obligationibus Et in hac materia vide Angelum in auf.de non alien.§.lex itaq;.ad fi. vbi tractat de emphyteuta, cui cõburitur domus:quia comburitur periculo ſuo. Et tenetur ſoluere ratione ſoli. Et hanc materiam limita ſecundò niſi reficiens eſſet iniuſtus poſſeſſor, vel tyranus: vel notoriè appareret ꝙ reficeretur in iniuriam & damnum vicini. vt voluit Inno.in.c.Piſanis, de reſtitu.ſpo. loquens in reficiente turrim collapſam.in quo vide omnino.d.Abb.ibi ad fin.vbi not.ꝙ etiã ſi lon giſſimo tẽpore ſtetiſſet turris collapſa, tñ nulla præſcri. tollit facultatem reficiendi ad conſerua.iuris ſui.quia in his quę ſunt merę facultatis nõ currit aliquod tempus. vt no.glo.in verſi.in anno.quã facit ſing.d.Ant.ibi.in.c. vt priui.de priui.no.Cy.in.l.ij.C.quę ſit lõga cõſu.& Io. an.in.c.Ioannes.in.iiij.q.de cleri.cõiu.& Domi.plenè in c.ſi.de cõſue.in.vj. Et iſta vltima dicta tene menti. Et adde Ro.in.l.ſi verò.§.de viro in.xliij.fallentia.ff.ſolu.mat. vbi dixit ꝙ refectio talis turris eſt prohibita: qñ imminet ſcandalũ.allegat Inn.in.d.c.Piſanis. Et ſecundũ prędicta intellige quod not.Bald.in.l.ſi vt proponis.la.ij.C. de nupt.dum dicit ꝙ nobiles quorũ caſtrum olim ex delicto fuit equatũ ſolo, nõ poſſunt reconcihati illud reficere incõſulto papa:ſtante prohibitione ne noua ędificentur. ¶ Secundò not.tex.ibi: *pro magno*.ꝙ ecc.ex gratia tolerat iudæos:nõ ſic hæreticos. ſecundũ gl.in verb.ob ſeruationis.in.l.nullus.C.de ſum.tri.quia fides iudæorũ habet primordiũ veritatis.vnde non dicitur per omnia falſa.l.cùm filius.§.hęres.ff.de le.ij.Et extant aliquæ reliquiæ veritatis.facit.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.Et addũtur aliæ rationes perſuaſiuę. ſed dicit do.Maria.hîc illã eſſe veriorẽ ſecundũ theolog. quia ſunt memoria maximi fundamenti fidei noſtrę. Et iſtis adde Pet.de anch.con.cclxvj.quod incipit.de titulis criminum.in.ij.co.vbi notabiliter conſuluit ꝙ pœna appoſita in ſtatuto eligentis ad officium aliquẽ nõ fidelem,& deuotum roma.eccleſię:nõ procedit in eligente iudæũ: quãuis electio non teneat rõne ſectę reprobatę: tñ euitat pœnam:quia iudæi ſunt obedientes & fideles .i. non rebelles romanę eccleſi.vt per ipſum.pro quo facit optimè tex.quã põderat ibi Bald.in.l.legatis.C. de vectigalibus.vbi text.dicit imperio deuotis.& Bald .exponit.i. obedientiarijs dicens not.pro ſtilo principũ:qui in literis ſuis ſcribunt deuotis ſuis.ex quo infertur ꝙ ſatis dicũ tur iudęi deuoti papæ ex quo ſunt obedientiarij. ¶ Vlti mò aduerte.dũ dixi in.c.ita quorũdam.ẽ.eod. de interfi ciente iudę.quia cõtra glo.ibi allegatas facit deciſio beati Tho.ij.ij.q.lxix.arti.vj.concludit magis peccare occidentem iuſtũ quã iniuſtum quia magis repugnat charitati:cũ deberet illum diligere:& magis iuſtitię:cũ ille minus mereatur,& eccle.ſeruat bono viro. & magis contẽnit.Et eſt gloſſ.nota.de hoc in.c.vnico.in verbo ſanguinis.de conſec.eccl.li.vj. ¶ Et iſtis adde glo.in.c.rebaptizare.de cõſe.diſt.iiij.quę dicit ꝙ diabolus inueniens iud. ſignatum cruce, dixit inueni vas vacuum,ſed ſignatum. ¶ In glo.ſi.in ſi.& ibi dicit Ang.eſſe tex.not.ꝙ ſicut cultura agrorum ruſticorũ conſiſtit in arando: ſeminando &c.ita cultura vr banorum in ędificando & reficiendo.

¶ CAP. VIII.

ADhæc. In familiari ſeruitio iudæ. chriſtiani eſſe nõ debent.h. d. ¶ Not.ꝙ periculum eſt ne bonus conuerſans cũ malo efficitur mal⁹. quod procedit ſecundũ do.Abb.in chriſtianis idiotis,vel vulgaribus. ¶ Secũdò not.ꝙ ritus iudęorũ eſt diſpar à ritu chriſtianorũ. qui procedit etiam in matrimonijs:in quibus cõtrahẽdis eccleſia tollerat vt vtantur lege moſaica.per.c.de infidelibus, de conſang.& affi .&.c. gaudemus.&.c.ſi.de diuor.not.Pet.de an. conſi.cccxxxvj.incipiente.reuocatur in dubium.& refert do.Floria. in.l.iiij.ff.de his qui ſunt ſui vel alieni iur . ſe conſuluiſſe ꝙ inter iudæos patruus poſſit ducere neptem in vxo. ¶ In glo.j.ibi. *nullo modo*.idem do.Abb.& do.Maria.contra Hoſti.quia ipſos impedientes ſeruitiũ in domo militant extra domum .ſ. conuerſio & dãium fatentur tñ ꝙ in operibus mechanicis poſſunt eis ſeruire. & in fabricando.qđ eſt verius.& quãuis Ioã.de ana.dicat ſe non videre quõ dicatur continuũ ſeruitiũ extra domũ: tñ dicit ſatis eſſe quem eſſe obligatũ ad omnem requiſitionem. quia nec etiam ſeruitor domus continuè ſeruit. nec talia verba aſsiduò,& ſimilia,important tempus nõ inter pollatum per glo.in.c.nunquã.de conſec.di.v. & in.c.hi qui.xxj.q.j.& in.c.de quibuſdam.xxxvij.diſtin. tex .in.c. ſignificatum.de prębẽ. ¶ In gl.ij. Not.ꝙ extra domum poſſunt mulieres chriſtianæ nutrire infantes iudęorum quod tenent hîc Io. And.d.Ant.do.Car.& do. Abb.nec aliud ſenſit iſta glo.rectè legendo:quia non eſt dictio ad uerſatiua. Sed ante verbũ eadem mouentur maximè ne creaturę quas eccle.tolerat:& quæ conuerti poſſent, pereant. Sed contrariũ tenet hîc Ioan.de ana.& do. Mariã. Primò per.c.& ſi iudæos.ibi prohibemus ĵ.eo.vbi generaliter hoc prohibetur:nõ facta differentia in domo,vel extra. Secundò.quia etiã tunc procedũt rõnes illius tex. & tex.hic.ſ.periculum ex cõuerſatione.quæ eſt etiã cum nutritur extra domũ:vt docet experiẽtia. Vtrũ aũt Epi. diſpenſare poſsit ꝙ nutriant in domo? Refert.d.Card.ſe conſuluiſſe ꝙ nõ.& ſequitur do.Abba. & do.Maria.per notate per Inn.in.c.dilectus.de temp.ordi.Subdit tñ Io. de ana.ꝙ poſito ꝙ opinio cõtra alios eſſet vera, tñ obvarietatem opinionũ poſſet Epiſco.diſpenſare extra domũ cũ quidã teneant poſt glo.hoc licere.& ſine diſpenſatiõe qđ intelligit do.Marian.& bene concurrente neceſsitate:cui aliãs ſuccurri nõ poſsit.& ita teneo & pondero ꝙ mulieres contra facientes mortaliter peccãt. quia excõicatio de qua hîc, non ponitur niſi pro mortali.xj.q̃.iij. c.nullus.&.c.nemo.

a ¶ Quod filij paruuli. Adde ꝙ ſi puer debitè fuerit p ſecularẽ baptizat⁹ alijs non exiſtentibus, talis puer non dicitur baptizat⁹, ita Pet.de anch. in conſil.cxcv.incip. ſecundũ ea quæ ꝓ poſita.

✠ SVM MARIVM. ✠

1 *Bannitus ſi habitat in ciuitate ſciente ſuperiore, & tolerante: an poſsit impunè offendi?*
2 *Electio iudicis, nõ rei eſt in pœ. alternatiuè à lege impoſitis. nu.3.*
4 *Hæc concluſio limitatur: niſi vna pœna ſit translata in aliam. Nam tunc ceſſat electio iudicis. Item niſi verba legis dirigantur ad partem. nu.5. Item fallit ſi loquens alternatiuè ponat pœnas augmentando: vt puta ſi non deſiſterit propter talem pœnam imponatur talis. nu.6.*
7 *Item niſi eſſemus in remedijs alternatiuis proditis in ciuilibus. nu.8. Alias limitationes ponit vſque ad finem.c.*

¶ CAP. IX.

SIcut iudæi. Iudæi voluntariè baptizãdi ſunt inuiti cogendi nõ ſunt:nec ſine iudicio puniendi, nec ſpoliandi ſunt nec in ſuis feſtiuitatibus perturbandi:nec ipſorum cœmiteria violanda, nec ipſorũ corpora exhumanda. h.d. Not.primò ibi. *patefacta*.ꝙ non ſtatim baptizandus eſt,ne recidiuaret.vt in.c.iudęi.&.c.ne qđ abſit.de cõſe.diſt.iij.& ſen
2 tit hîc notabiliter Io.an.ꝙ filij paruuli [a] iudæo. poſſunt violenter auferri ab eis:& baptizari.& idem Arch.& expreſsè Do.in.c.qui ſyncera.xlv.diſt.quia nõ eſt cõpellere patres.cũ videantur in manu principũ eſſe.xxiij. q.v-iij.c.diſpaj.& ſi iudæos.& in paruulis ſufficit ꝙ nõ appareat contraria voluntas. Sed hoc limitat Do.vbi .ẽ.non procedere in priuatis perſonis:quibus hoc liceret. Sed cõtra iſta indiſtinctè tenet glo.in.c.iudęorũ.xxviij.q.j.&.d. Car.&.d.Abb.Ana.& Mar.hîc.& Cal.in iſto ti.conſi.iij. incip.an filij iudæo.& bea.Tho.latè.ij.ij.qõ. x.artic.vlt. & do.Card.in Cle.j.in ſi.de iudæis.quia hoc modo tolli poſſet ſecta iudęorũ.& irritaretur qđ habetur Eſaię primo:reliquię iſrael ſaluę fiẽt.& Hieremię.iij.in dieb⁹ illis ſaluabitur Iuda.& dicerẽtur baptizati inuiti:ex quo parentes in quorum poteſtate & voluntate ſunt, non conſentirent.nec põt ſuſtineri qđ dixit Car.ꝙ ſint magis ſerui principum,quam chriſtianis legibus obediẽtes.& iſta pars eſt cõmunior. Quid aũt ſi de facto fieret. An infans educabitur inter chriſtianos:vel iudęos? Dicas ꝙ inter iudęos ſecundum Cald.in dicto conſi.iij.quia inuitis parentibus detineri nõ poteſt.& eis cõpetit remediũ.l.j.ff. de lib.exh.dum tñ pater idoneã cautionẽ præſtet qđ eũ ponet in libertate. & præſentabit etiam cũ fuerit ętatis maturę. Item ꝙ cũ educabitur nõ deteſtabitur ſibi fidẽ aliãs ei nõ eſt reſtituendus.nec ob. cõcluſioni ſuæ dictũ c.iudæorũ.&.c.ij.de conueſatione infideliũ.quia loquũtur in adultis.vel vbi ceſſat.d.cautio.qđ not. ¶ Item no. ibi. *corpora humana effodere*.ꝙ ſepultura iudęorũ, & corpus ſepultũ vexari non debet.& multò fortius corpus chriſtia. de quo in.l.ij.ff.de ſepu.vio.&.l.ſi.C.eod.tit.& licet mortuus hanc iniuriam reuocare non poſſit ad animũ:tñ ipſa reuocat. Ita Bald.in.d.l.ſi.& in materia dixit ſingulariter Inn.in.c.cũ liberum.ẽ.de ſepult.qđ ſacerdos ſpoliatus corpore iam ſepulto, nõ eſt ante omnia reſtituend⁹: vt euitetur vexatio corporis humani. licet aliãs ſecus.iij.q.j.c.reintegranda . & ita obtentũ fuit in Rota ſcđm do.de Rota.in antiquis.concluſiõe.ccciij.incip. Itẽ not.glo.ꝙ habet locũ non ſolũ in agente interdicto recuperandę:ſed etiã ſi ageret per viam attentati.qđ eſt remedium pingue ſecundũ Inn.& alios in.c.dilecti.de maio.& obe.cum cõcor. Ita in propoſito dicũt Do.de Ro. in nouis deciſio.cliiij.incipiente. Cùm partes litigarent. quos ſequitur Do.in.c.non ſolũ.in fi.de app.lib.vj. licet dicant ſecus de rigore iuris.ſecundũ Hoſti. in.d.cũ libe. & iſtis adde tex.in.l.ſunt perſonę.ibi.ne inſepulta cadauera iacerent.& in.l.ſi quis ſepulchrum in princ. & in.l. ne corpora.ff.de reli.& ſump.fu. Vñ dixit Spec.in tit.de appellatio.§.in quibus.verſi.viij.ꝙ non auditur creditor appellans ne corpus debitoris ſepeliatur: quia eſt res nõ recipiens dilationem.ergo ſuccedit.l.ſi.ff.de appell.reci. niſi haberet inſtrumentũ per quod debitor capi poſſet ad oẽm inſtãtiam creditoris ſolũ. Ang.in auf.vt defunc. fun.circa princip. qđ non credo procedere de ęquitate. per prędicta: vel niſi opponeretur hoc vſurario manifeſto per.c.quãquã.de vſuris.in.vj.vbi per Do.in. vj.col. & iſtis adde Bart.in.l.j.§. cõfeſtim.ff.ad tert.vbi dicit ꝙ in honorẽ defuncti hęres nõ moleſtaẽ ſuper debitis ipſi⁹ niſi per acto.vij.die.not.etiã do. Ant.in.c .Ad hęc.ẽ.de au.& vſu.pallij.& probaẽ.in.§.inuenimus.in authẽ.vt cũ de app.cog. Et prędicta amplia.etiã ſi ex ſententia mortuus teneret ſatisfacere ex delicto, vel quaſi.& ſi pręuentus morte deceſſit. Idẽ do.Ant.in.c.ex parte.el.j.cir.fin. de ſepul. licet aliud dicat Arch.ij.q.vj.c.ei qui.§.ſunt etiã quorũ.& habebaẽ olim.in.c.qua frõte.de ap. ¶ Vltimò ad intellectũ huius tex.vide Spec.in titu.de iudæis. poſt prin.vbi dicit ꝙ iudęus paſſus iniuriam libellando, poterit intentare actionẽ ex iſto capitulo.&ex.l.Chriſtianus C.de paga. ¶ In glo.ibi. *conditionaliter*. No.& declara latius.vt per glo.in.c.iudęis.in verbo coacti.xlv.di. vbi dicit ꝙ poſſunt tot penſionibus vel cenſibus onerari ꝙ cõuertant: nec erit illicitum.per text.valde no.in.c.Iam verò.xxiij.q.vj.Et ad text.in verbo. *conſueuerunt*. dicit ꝙ non loquit in penſionibus.& ſequitur Ana.hîc.tu conſidera.quia Dominic.in.d.c.iamverò.loquit in hæreticis. ¶ In glo.in verbo. *poteſtatis*. in ſi.No.& vide Bal.in.l.ad dictos.C.de epiſ.aud.vbi reprehendit familiam poteſtatis ſi duceret aliquem ad mortem:& timentes ne eis auferatur, eum occidũt:etiam ſi ſit iuſtior timor.& refert hîc Io.de ana.vnũ ſingulare dictũ Sali.in.l.nullũ.C.de iu
1 di. vbi ponens illud qđ.ẽ. dixi de exitijs. Subdit, † ꝙ ſi bannitus habitat in ciuitate ſciente ſuperiore & tolerante:non poteſt impunè offendi, quia tacitè videt diſpẽſare

Dicit Ana.ſeruatum fuiſſe cõtrarium Bononię: & ma lè,adduci poſſent notata per Inno.in.veniẽs.ſ.de fil.preſby.& per gloſ. e.c.ſi ſeruus.liiij.diſt.per Bar.& Ang.& Imo.in.l.quidam conſulebãt.ff.de re iudi.& per Bald.in .l.Vlpianus.vbi bonus tex.ff.de exculuto.& dicam in.c. fraternitatij.de hære.In quibus locis dicitur ꝙ plerũq; actus taciti habent vim diſpẽſationis.puta qñ ſuperior ex certa ſcientia ſimpliciter promouet inhabilẽ.¶ Nec ob ſtat cle.ſi ſummus.de ſentent.excõi.quia põt dici ꝙ illud propter ſpecialem formã requiſitã in abſolutione excõi cationis in qua nõ ſufficit equipollens.vt eſt glo.ſing.in verbo donec.de dec.in cle.j.ſecus in relaxatiõe bãni:quę ſolo verbo principis obtineri põt.vt per Sali.poſt altos. in.l.ſi.C.de ſentẽ.paſ.¶ In gloſſ.ſi.in prin.ibi: *& ita vitetur in optione iudicis.* Not.quia reputatur ordinaria † ꝙ
a in pœnis ipoſitis alternatiuẽ[a] à lege nõ eſt electio rei ſed iudicis.¶ In contrarium eſt glo.in.l.quicunq;. C.de ſer. fug.& eam ſoquuntur ibi Iac.but.Cy.Bart.Bal.& Ang. vide Bart.in.l.j.§.expilatores.ff.de effrac.&.d. Abb.in.c. ſi diligenti.in.xiij.col.verſi.quęro.cũ glo. in verbo locũ ſ.de foro cõpe.quia in pœnis eligitur pars benignior.c. pœne.de pœnit.diſt.j.& regula.in pœnis.cũ ibi allegatis in.vj.& lex videtur ſatis contẽta qualibet illarũ pœnarũ
3 rum.† Sed cõtrariam partẽ tenet glo.& ibi Do.in.c.fraternitas.xxxiiij.diſt.& glo.& Archid.xxj.q.ij.in ſumma. glo.Imo.& Abb.in.c.à crapula.de vi.& hone.cle.Sentit glo.in.c.ſicut dignũ.in verbo quinquẽniũ. de homi.& ibi Ana.in.xv.col.& glo.in verbo pro præſentia.in.c.cũ tuũ.de vſu.idem do. Abb.in.c.ij.de cohabi.cle.& mu.& in.c.inter cæteras in vlti.col.ſ.de reſcrip.& in.c. at ſi clerici.in princ.in.xx.col.ſ. de iudici. & in.c.ad apoſtolicã. ſuper glo.prima.de reg.& Bal.pulchrè in.l.cũctos popu los.in.vj.oppoſitiõe.C.de triſũ.&in.l.data opera.in.vij. col.C.qui accu.nõ poſſunt.& Ang.in.l.nunquã plura.ff. de priua.delic.& Sali.in.l.quicunq;.C.de ſer.fugi.& Do. in.c.j.in.ij.col.de hære.in.vj.& in.c.ante oĩa.xxxj.di.& Bal.in.conuẽticulã.in.iij.col.C.de Epiſ.& cle.quãuis Io. de ana.& Maria.hîc nõ allegantes iſtos.videãtur ſe inuoluere:tñ credo iſtam partẽ regulariter eſſe verã.quã etiã tenent Pet.de anch.& Imo.in.c.de cauſis.ſ.de offic.dele. ſuper glo.in verbo certa. & rõ iſtius regulæ principalis eſt.quia pœna eſt cõmenſuranda delicto.d.c.ſicut dignũ l.ſancimus.C.de pœnis.c.nõ offeramus.xxiiij.q.j. & hãc cõmenſurationem nunquã faceret reus: qui ſemper eligeret mitiorẽ.& ideò fruſtra.l. alternatiuè ſuccurreret. & ideò exuberauit.l.in pœnis. & iudex attentis qualitatibus delicti poſſet & grauius & leuius vlciſci.& proba tur iſta pars in.c.qñ frequenter.in fi.vt lit. nõ cõteſt. & quia pœna non imponitur niſi per iudicẽ.vt in.c.fine de cõiugij.§.in hoc.c.xxxiij.q.ij.& tenẽdo hanc partẽ vt ad
4 aptentur dicta doc. ¶ † Limita eã primò.videlicet niſi vna pœna ſit tranſlata in aliã .quia ceſſat tũc electio iudicis.vñ ſi ſtatutũ diceret ſoluat.xj. octo dies: vel amittat pedẽ,ſi non ſoluit:tñ non poterit iudex eligere.ſecũdum Bar.dicentẽ ſe ita conſuiſſe in.l. cũ duobus.§.idem rñdent.el.ij.ff.pro ſocio.& ſequitur Ange.in.l.inſulã.ff. de ver.obl.& Imo.in.l.ita ſtipulatus. eo.tit. & Bald.in.l. cõmiſſoriæ.C.de pac.inter em.& ven.& in auf.bona dã natorum.C.de bonis damna.qđ declara notabiliter.niſi reus eſſet creditor fiſci.quia cenſetur ſtatim facta compenſatio.ſecun dũ Bal.ſing.in.l.j.C.de pact.Itẽ intellige. niſi re⁹ eodem tẽpore feciſſet multa delicta pro quibus eſſet pœna ſimilis prædictæ:quia ſi pecuniariter ſoluet pro vna euitabit pœnã corporis in alijs.ita latè Albe.de roſa.in.ij.parte ſtatutorũ.qõ.xlvj. ¶ Secundò limita iſtã
5 regulam. † niſi verba legis dirigantur ad partẽ ſecundũ Bart.in.d.l.j.§.expilatores.quẽ ſequitur.d.Abba. in locis præallegatis.& Maria.& Ana.hîc.qđ declara. niſi vtra& pœna eſſet corporalis:& vna eſſet mortis. quia illã reus eligere nõ poterit ſcđm Mari.hîc.per.l.dãnum.§.ij.ff.de pœnis.vbi reo morituro non datur optio quẽ mortem velit & illã.l. põderat ad hoc Bald.in.l.j.C.de his qui ad lib.perue.nõ poſſunt.Itẽ intellige hanc limitatiõem niſi reus eligeret corporalẽ nõ aflictiuã corporis.puta amiſſionem mẽbri.qđ eſſet ſibi dãno potius quã cõmodo.vt quia aridum vel morboſum ſcđm Maria. hîc qui allegat
6 Bal.in auf.ſed nouo iure.C.de ſer fug.¶ † Tertiò limita niſi lex loquens alternatiuè ponat pœnas augmentãdo. puta vel ſi nõ deſtiterit propter talem pœnã,imponatur talis ſcđm Imo.ſingulariter.in.c.nihil eſt.in.ij. colũ.ſ.de elect.alle.c.nullus.lx.diſt. ¶ † Quartò limita notabiliter
7 niſi iudex diceret reo.Elige quã pœnã vis:quia hoc fieri põt.& non diceretur electio rei:ſed iudicis. attento ꝙ iudex non tenetur eius electiõem ſequi.Ita declarat Sali.in d.l.quicũq;.C.de ſer.fu. ¶ † Quintò limita notabiliter.
8 niſi eſſemus in remedijs alternatiuis proditis in ciuilib⁹ quia etiã ſi verba diriguntur ad iudicẽ:electio eſt partis quia tunc ſatis eſt legi ſuccurere vtilitati priuatæ. Ita ſin gulariter declarat.d.Abb.in.c.prout.in.vj.colũ.ſ.de do. & cõtu.propter gl.ſi.ibi.iuncto tex.dicens ita debere intelligi materiam iſtã.Sed cogita pro reſponſiõe.ad.c.qñ frequẽter.in fi.vt li.nõ conteſt.quod nõ occurrit. ¶ Sex
9 tò limita † niſi cõſue.elegiſſet vnã ex illis pœnis ſemper quia iudex aliã non eligit:vt probatur ex glo.iuncto tex. in.l.odia.ff.de pœnis.qđ nõ placet dño Abba. & bene.in d.c.inter cæteras.quaſi in fin. quia cũ iſta electio eſſet in facultate iudicũ: nõ poteſt cõtra eam firmari conſuetu-
10 do.& doc.oẽs in.c.peruenit.de cenſibus.¶ † Septimò & vlti.limita.niſi ex pœnis alternatiuis vna dirigeretur iudici,alia parti.puta vel ſoluat decẽ, vel iudex eũ condẽnet:quia tũc erit electio rei ſcđm Mari.hîc allegat Bal.in d.l.data opera.Cætera in iſto paſſu dic vt per doc.in locis prędalleg.Sed iſta non inuenies accumulata & cõſidera ꝙ iſte tex.& ſimiles nõ faciunt ad propoſitum:quia loquitur alternatiuè: ſubrogãdo ſi nõ poteſt puniri in honore & officio,excõmunicetur.

a ¶ Alternatiuè. In alternatiuis cuiꝰ ſit electio vide pleniſ ſimè per eundẽ Feli.in.c. inter cæteras,col.ij,verſi.fallit quintò.ſ. de reſcrip.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium quando egreditur perſonam?*
2 *Priuilegium datum ratione abſentiæ durat à die egreſſus vſque ad diem regreſſus.*
3 *Indulgentia ſimpliciter conceſſa intelligitur ſecundum regulas iuris communis,*

¶ *CAP. X.*

QVàm ſit. Prędicãtes fidẽ Chriſti inter paganoſ, poſſunt eorũ cibis veſci: exceptis tẽporibus per eccle.limitatis. & religioſi & clerici pro tali officio à prælatis licẽtiari debent. h.
1 d. ¶ † Not.primò ibi.*tuiſque ſocijs.* ꝙ licet priuilegiũ non ſoleat egredi perſonã priuilegiatã.c.petiſtis.vij. q.j.c.ſanẽ.j.de priuile.c.poſtulaſti.de cõceſ.pręben. regula priuile.cũ ibi allegatis.de regul.iur. in.vj.tñ fallit.qn priuilegiatus non poſſet cõmodè vti priuilegio ſuo ſolus.quia etiã ſi hoc non exprimitur,perſonę neceſſariæ ad illũ ſinẽ includũtur in priuilegio.& iſta clarius no.Bal.in auf. habita.per illum text.in.ij.colũ. C. ne filius pro patre.& ibi dicit ꝙ ſi teſtator alicui relinquit habitationem domus:intelligitur pro ipſo & familia ſua.Facit gloſ.in .c. admonere.xxxiij.q.ij.&i.c.omnino.xxxj.di.vbi relicto a licui vſu,intelligitur pro ipſo & vxore ſua:& qui ſimpli citer ſtipulatur ſibi alimenta:intelligitur ſibi & vxori.& iſtis adde tex.in.c.de perſona.& in.c.clericũ cuiuſlibet. xj.q.j.& gl.in.c.eos.xxxij.diſt.& tex.cũ glo.in.c.iudicatũ lxxxix.di.& in.eccleſiarũ ſeruos.xij.q.ij. & gl.no.in cle.j. de decimis.in verbo.extollendas.& vide dictum Cardi. ibi.q.xxij.&.ſequenti & cle.j.in vlti.char.ibi tertium de cimum

cimum.de vi.& hõne.cle.j.& in.j.q.de reli.& vene. ſan. vbi ponit qñ familia gaudet priuilegio dñi.vide text.& ibi do.in.l.licet.§.j.de priui.in.vj.& tex.& do.Abb.in.c. q̃tò.ſ.de cẽſi.& in cle.j.de exceſ.præla.per quã dicit ibi do.Car.in princ.in.xij.notabili.qđ iniuria facta domeſtico meo:intuitu meo dicitur facta mihi. ꝓ quo etiam allegat dictum Bar.ſingulariter.ibidẽ in.l. de pupillo.§. ſi quis ipſi prętori.in.ix.q.ff.de ope.no.nũ.vbi dixit ꝙ ſi familiaris meus,vel affinis cõſueuit in aliquo loco malè tractari:poſſum ego allegare iuſtum metũ. pro quo vide tu tex.not.in.c.ſciant cuncti.ibi.vel cõſanguineos. de elect.in.vj.& gl.in cle.ij.in verbo. quomodolibet.de ſen.excom.Et iſtis adde ſingulare conſilium.Old.quod eſt.xj.& incipit.thema tale eſt.vbi conſuluit quod priuilegium datũ ſuper decimis terrarum certi hoſpitalis: comprehẽdit terras deputatas nõ ſolũvſui pauperũ:ſed etiam ſeruorũ hoſpitalium loco mercedis . & inter alia allegat.l. ad miniſtrantes.§.j.ff.de excuſa.tut.vbi eſt vna lex ſingularis.per quã dixit Bal . ibi ꝙ ſicut legatus non poteſt capi pro repreſalijs.l.ij.§.legatis.ff.de iudicijs.Ita nec eius ſocij,vel famuli:ſi ſunt ſibi ad legationem opportuni.Et iſta confirmantur vna ratione.qa ſicut dominus tenẽt de dilecto familię.l.j .§.familiæ. & ibi Bar. ff.de publicanis.do.Car.in cle . ne in agro.§.porro.in.c. notabili.de ſta.mona. & ſic videretur communicare dã na.Ita iuſtũ eſt vt cõmunicẽt fauores.& vide.c.Magnę. ad ſi.de voto.&.c.j.cũ gl.de loca.Bar.ĩ.l.j.ff.ad.l.iul.ma. teſta.Cy.in.l.ſi.C.de iniur.Bal.in.l.ij.C.de epiſco.& cle. & in procemio.ff.in pen.colũ.Roma.in.l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.ff.de dam.infe.Albe.in.j. parte ſtatuto.q. cxxx.& in.ij.parte.q.lxxxiij.¶ Secundò no ibi.*exhibitis*
2 † ꝙ priuilegiũ datũ rõne abſentiæ durat à die egreſſus vſq; ad diẽ regreſſus.& vide tex.in.l.abeſſe. & in.l.ſi cui ff.ex quibus cauſis maiores.Idẽ ibi eſt gloſ.notabilis.qđ abſentia ſua cõputatẽ à die inchoatę prępparationis neceſſrię.qđ no.pro clericis percipiẽtibus fructus in abſentia & ſubdit tex.ibi. ꝙ finis explorationis rerum agendarũ dicitur eſſe finis abſentiæ,computato tempore quo reuerti potuiſſet .& illũ text.penderat Inn.in.c.ex tuæ. ꝓ pe principiũ.ſ.de cleri.nõ reſi.dicens ꝙ clericus abſens ex iuſta cauſa tandiu excuſatur à reſidentia,quandiu du rauit expediendo rem ſibi in contentis . imò credo ꝙ ſi diceret ſe fuiſſe in mora excuſabili,allegãdo impedimẽ tũ:nõ audieẽ:etiam probato impedimento: niſi probet ſe adhibuiſſe omnem diligentiam ne impediretur. pro pter illam ſingularem theoricam Inn.in.c.ex trãſmiſſa. ſ.de præſcrip.quẽ ſequuntur ibi doct.& in locis de quibus allegatis.vbi ita dixit probandum eſſe omne impedimentum & ſubdit tex.in.d.l.ſicubi.ꝙ infirmitas eſt iuſta cauſa.& dicit ibi Bart.nota. ꝙ ambaſiatori infirmo debetur ſalarium.Quid autem ſi eſſent duo. & ſanus ex pectaſſet infirmum?Reſpondet ibi Cy.in addit.& poſt eũ Bal.ꝙ ſocio non dabitur ſalariũ.niſi probet ex cauſa neceſſaria ſe expectaſſe:vel quia erat medicus.vel qa ſolus tutè redire non potuiſſet.& hîc no.ꝙ defuncto ambaſiatore in itinere ſalarium tranſit ad hæredes:non ad fiſcum.l.legatis.vbi.l.ſingulis.ff.de legatis.Fallit niſi eſſent duo.qa accreſcit remanenti.l.ij.& ibi Bar.C.de lega
5 tis.¶ Tertiò no.ibi.*canonicas ſanctiones.* † ꝙ indulgẽtia ſimpliciter cõceſſa: intelligiẽ ſecũdũ regulas iuris cõis. a Ad idẽ.c.dilecto ꝯ.de verb.ſigni.vbi bonus tex.Idẽ i priuileg.l.ſi qñ.in prin.C.de inoff.teſt.vbi ſi Imperator dat facultatẽ teſtandi : intelligitur ſcđm ius cõe. Non ob.ꝙ huiuſmodi conceſſiones debeãt aliquid operari.c . i his ꝯ.de priui.l.ſi quando.ff.de legatis.j.in.c.ſi Papa.de priuile.&.c.ſi Romanorũ.xix.di.quia intelligiẽ ſatis eſſe ꝙ aliquid importans operatur vltra ius cõmune.qa in reliquis verbis ambiguis imterpretari debent ſecũdũ ius ſed quando nil operari poſſit interpretãdo penitus idẽ ius:tũc vt actus potius valeat q̃ pereat.c.abbate.de ver. ſignifi.cùm priuilegia ſunt priuata lex interpretabitur contra ius commune.& ideò ſingulariter dixit Bald.in l.j.in.iiij.colum.verſic. v.oppono.C.ſi ſeruus extero.ꝙ ſi Papa concedit monacho facultatem teſtandi: itelligiẽ de bonis quæ tenet de facto.& licet hoc priuilegium vi deatur contra ius:tamẽ vt aliquid operetur,ita iterpretabitur.ex quibus dubito de eo quod ſcripſit Bar.in.d. l.ſi quando.in primo notabili.ꝙ ſi Papa concedit vſura rio vt poſſit teſtari:intelligitur dummodò ſeruet formem.c.q̃q̃.de vſuris.in.vj.quia non apparet ſecundum Hoſti. quid operetur dictum priuilegium.& prædicta procedunt etiam in reſcriptis.c.cauſam quę.ſ.de reſcri. & dixit gl.fing.in.c.paratus.in verbo prodeſſe.xxiij. q. j.Et ſequitur Oldr.conſilio.cclxviij.quod verba reſcripti poterunt aliquo modo impropriari : ne ſint contra ius commune.Idem dicas in ſtatutis.per text. not.in.c. cùm dilectis.ſ.de conſuetu.quem domi. Abba.facit ibi valde ſingularem in.ij.colum. ¶ In glo.fin.ibi.*niſi ex officio.* & ratio eſt:quia prędicati o eſt officium curę.vt eſt gloſſ.in clemen.j . in verbo officia. de regu. quam facit ſingularem domi.Abb.hîc.ideò non competit mendicantibus:niſi ex priuilegio.vt in clemen.dudum. de ſepul.& de hoc officio dicetur poſt docto.latè.in capitul. cùm ex iniuncto infra de hæretic.¶ In eadem gloſſ.ibi. *licet.* facit in contrarium. Sed non eſt mirum : quia in a transitu ad religionem ſtrictiorem non eſt periculum. ideò ſufficit licentiam petere.ſecus in exitu cauſa prædicandi.

a ¶ Singulari.cccvj. Adde ꝙ eſt.ccxcviſ. & vide eundẽ Feli.ĩ ruſ. de treuga & pa.&in.c.noiuit.col.ij.verſ.vbi verba.ſ.de iud.Et vide Pau. de Caſ. in.l.conuentionũ. ff.de pac.vbi qđſi ſtatutum dicit qđ remittaẽ pœna habenti pacẽ cũ offẽſo:non vendicat ſi bi locũ in habẽte treugam.

SVMMARIVM.

1 *Tempus guerræ comprehendit tempus treugæ in materia pœnali.hæc regula limitatur duobus modis.nu.2.3.*
4 *Redimere captiuos licitum eſt:& redẽptor poterit petere pretium à redempto:quia vtile geſſit negotium.*
5 *Conſtitutio pœnalis puniens per verba denotantia largo modo perſonam:extenditur ad facientem per alium.*
6 *Portãs extra territoriũ merces prohibitas portari:& aliquas non prohibitas:an perdat omnes:an ſolũ prohibitas?*
7 *Repertus in via cum mercibus prohibitis deferri,an dicatur in curriſſe pœnam?*

¶ *CAP. XI.*

SIgnificauit. Pro redimendis captiuis licitè accedit ad ifideles, nihil ſubſiddij vltra redẽptionem deferendo.hoc primò.Mittens, vel portans eis merces prohibitas , etiã poſt
1 tregam:excõicatus eſt.hoc ſecundò. Pacis appellatione nõ venit treuga:i materia ſtricta.h.d.tertiò.Not.ex principio tex.contra impedientes ne pendente libello redimantur captiui:vt ceſſet hoſtibus lucrum . quia hoc eſt iniuſtum ſecundum do.Abb. & alios hîc dici poſſet ꝙ iſtud ſpeciali⁹ procedat in captiuis infidelium: ne fortè vi,vel dolo traherentur ad eorum cultum . ¶ Secundò
